VIDES

Reu.mo Pater

Io ho veduto con somma attenzione la versione delle
sere dell'Abrano, e sono in questo libro dall'Arabo
in Latino è S.to Vocabo Fedele. Vi è molto accurata.
Circa la Confessione è la dottrina, che contiene, vi viene
sapiens dico, che non trovo cosa degna di censura, anzi
lere, e esser il tutto conforme la Dottrina Catholica delli
SS. Padri e Theologi S.ti quali di S.ta Regola non
vano di S. Bonaventura ——
f. Paolo di s. Carlo Carm.to missio.to

Imprimatur. f. n. Dei et Ap.ci Inquisitor Gen. Sac. Palat.
Apostolici

Viso, et approbato pro ut Catholica. Religionem
Fr. Antonius Ciotti Insp.r Sac. Pal.

سورة الانعام مكية
مائة وخمس وستون آية

SVRA. VI.

PECVDES.

Meccana: commatum centum sexaginta quinque.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. LAVS Deo, qui creauit cælos, & terram; et posuit tenebras, & lucem: at uero qui infideles sunt, Domino suo æqua — a. deinde les faciunt alios deos.

2. Ipse est, qui creauit uos ex luto: deinde constituit metam uitæ uobis: et meta [b] præfinita apud eum est resurrectionis uestræ: et uos dubitabitis de ea? — b nominata

3. Et ipse est Deus in cælis, et in terra: scit secretum uestrum, & manifestum uestrum: et scit quod [c] operamini. — c acquiritis

4. Et non uenit ad eos [i. Meccanos] ullum signum ex signis Domini sui in Alcorano, quin sint ab eo longè recedentes.

5. Et iam abnegarunt ueritatem Alcorani, postquam uenisset ad eos: sed mox aduenient eis nuncium de eo quod irridebant. [scil. pœna a Deo]

6. An non uiderunt quot perdidimus ante eos ex generationibus? locum firmum dederamus illis in terra, qualem

scam nondecimus vobis: et misseramus ad eum. Et cum ei-
ped eos cœpisset plumam effundere: et gemeramus
flumina cruoris sudoris. Et tamen perditissimos
eos in delictis eorum: et ora fecimus post eos ge-
nerationes alias.

7. Et si demisissemus ad te Librum scriptum in
charta, et manu tetigissent eum manibus suis: certè diffe-
rent sunt in pectore. Et socors nisi prestigium ma-
nifestum.

8. Et dixerunt. Nisi demissus fuerit super eum An-
gelus, non credemus illi. At si demiserimus Angelum
et ipsi non crediderint: certè decretum erit negotium
Ditionis eorum: tum non expectabuntur ad pœni-
tentiam

9. Quod si mitteremus eum quem petunt, Angelum: cer-
tè mitteremus eum virum [ideat in forma feminis];
et quidem induceremus eum coram illis quomodo ipsi in-
duuntur

10. Et iam quidem irrisi sunt legati ante te: ac
comprehendit illos qui deriserunt eos in quo ipsi irride-
bant [nempe pœna a legatis comminata]

11. Dic: Devagare terram: et videro quomodo fu-
erit finis eorum qui mendacij insimulabantur Proselyti.

12. Dic: Cuius est id quod est in Cœlis, et terra?
Respondet: Dei. Prescripsit sibi ipsi misericor-
diam. Certè congregabit nos ad diem resurrectionis;

non est

nonas subitandum de te. Qui iniquum fecerunt omnem
malum fuerunt, ipsi non audent
13. Et ipsius est Deum venire in nocte et die. a habitat (vel quidvis)
et ipse est Auditor; Cognitor
14. Dic: An frustra Deum accipiam Verum; cum ipse sit conditor Cælorum et terræ; et ipse adspet non adspet? Dic: Certè ego impius sum ut sim primus qui Catamiticam Religionem suscipiat: et Dictum est mihi: Nullo modo eris ex Sodomitis.
15. Dic: Certè ego timeo, si contumax fuero Domino meo, pœnam diei magnæ
16. Qui liberatus fuerit ab eo pœnâ die illa, iam quidem misericors fuit illi Deus: et Lex erit salus manifesta
17. Quod si tetigerit te Deus nocumento: nemo erit relevans illud, nisi ipse. Si verò tetigerit te bono; ipse potè est ad omnem rem potens
18. Et ipse est Reprehensor suus servos suos: et ipse Sapiens, Peritus
19. Dic: Quæ res est maior ad testificandum? Dic: Deus est testis inter me et inter vos: et revelatus fuit mihi hic Alcoranus, ut commonefacerem vos illo, et cum ad quem pervenerit notitia eius. An vos certè testificamini esse cum Deo deos alios? Dic: Non testificor esse. Dic: Profectò ipse est Deus unus: et certè ego immunis sum ab eo quod associatis.

20. Illi quibus dedimus Librum [i.e. Pentateuchum et Euangelium], agnoscunt illum [i. Mahumetum] quemadmodum cognoscunt filios suos. Qui iacturam fecerunt animarum suarum; ipsi porro non credent.

21. Et quis est iniquior illo, qui commentus fuerit de Deo mendacium, aut mendacij inuentor fuerit signa eius? Certè ipse non prosperabit iniquè agentes.

22. Et die quadam congregabimus eos uniuersos: tum dicemus iis qui associauerunt: ubi sunt socij uestri, quos putabatis Deos? Sed non erit excusatio eorum, nisi quod dicent: Per Deum Dominum nostrum non fuimus associantes.

23. Vide quemode mentiantur contra seipsos: et fugit ab eis id quod fingendo commenti fuerant

24. Et ex ipsis aliquis aures prebet tibi recitanti Alcoranum: sed posuimus super corda eorum operimenta, ne intelligant illum; et in auribus eorum grauedine! Etiamsi viderint omne signum, non credent in illud, donec ueniant ad te ut disceptent tecum. Dicent qui infideles sunt: si est sic Alcoranus, nisi commenta fuerit ab illo Priorum.

25. Et ipsi prohibeant alios ab eo [i. Mahumeto]; et longè recedunt ab eo: et non perdunt nisi animas suas: sed non animaduertunt.

26. Si autem videres quando statuentur apud ignem? Dicent

cent: O utinam nos reduceremur in mundum! Neque
mendacij insimularemus signa Domini nostri,
et spemus ex credentibus.

27. Atqui apparuit illis id quod abstondebant antea,
negantes se fuisse associatores. Et licet reducerentur in
mundum, attamen redirent ad id, quod erat ipsis prohi-
bitum: et certè ipsi sunt mentientes.

28. Et dixerunt: [a] Non est nisi vita nostra mundana — a Si est
neque nos sumus resuscitandi ad alium vitam

29. At si videres, quando stabuntur coram Domino
suo! Dicet illis: An non est hoc vere resurrectio? Re-
spondebunt: Utique, o Dominum nostrum. Dicet:
Gustate ergo penam ob id quod non credebatis.

30. Jam perierunt illi qui inficiati sunt occursum
Dei [i. diem iudicij], donec peruenit eis Hora resur-
rectionis repentina. Dixerunt: Proh dolorem nostrum
pro eo quod negligentes fuimus de hac hora! et ipsi
portabunt onera sua sup humeros suos. An non ma-
lum erit quod portabunt?

31. Et non est vita mundana nisi ludus, et lo-
cus: et profectò domus altera [id est Paradisus], me-
lior erit ijs qui timent Deum: an ergo non intelli-
gitis hoc?

32. Jam nouimus quod certè te contristat illud quod
dicunt. Porrò ipsi non te mendacem: sed
Iniqui signa Dei inficiantur

33. Etiam quidam mendaces subiti sunt Legati ante

te: Sed patienter sustinuerunt quòd mendacij sibi erant, et uacuerant, donec ueniret ad eos auxilium nostrum.

a. immutans

Et non est [a] qui immutet uerba Dei, ita ut non fiat quod ipse Deus dixit. Et iam quidem uenit ad te aliquid narratio de ijs qui missi sunt legati a Deo

34. Quod si grauis fuerit tibi auersio eorum: si potuerij exquirere foueam in terram; aut scalam in cælum ut ostendas eis signum, quod postulant: exquire sanè; sed non reperies: patienter igitur sustine. Quod si uoluerit Deus, certè congregabit eos ad directionem.

Ne ergo sis ex ignorantibus Sanc vem

35. Certè exaudient uocationem ad fidem illi qui audiunt: et mortuos suscitabit Deus: deinde ad eum reuertentur ~~reuertentur~~ ducentur

36. Et dixerunt infideles Meccani: Nisi demissum fuerit nobis cum signum aliquod a Domino suo, non credemus ei. Respondet: Certè Deus potens est ad hoc ut demittat signum: Sed plerique eorum nesciunt hoc

sive ad ipsorum ruinam

37. Et non est ullo specie ex bestijs in terra, neque uolucribus que uolant alis suis, nisi sint gentes similes uobis. Non preteriimus in libro, qui

asseruatur in cælo apud nos, rem ullam: deinde ad Dominum suum congregabuntur

38. Qui uerò mendacij redarguerunt signa nostra [nempe Alcoranum] surdi et muti uersantur in tene-

bris

bis. Quem uoluerit Deus, in errorem inducet: et quem uoluerit, ponet eum super uiam rectam.

39. Die Meccanis: [a] Quid putatis? si uenerit ad uos pœna Dei, aut uenerit ad uos hora [i. dies Judicij]: num alium præter Deum inuocabitis, si estis ueraces?

40. Quinimo illum inuocabitis, et releuabit id, pro quo inuocauerit eum [i. liberabit uos ab eo], si uoluerit: et obliuiscemini illius, quod associabatis Deo.

41. Et iam quidem misimus Legatos ad gentes antea: et excepimus eas cum calamitate, et nocumento propter earum incredulitatem, ut ipsæ supplices deprecarentur.

42. [b] An uero cum aduenisset eis punitio nostra, supplices deprecati sunt? [c] Imo uero obduruerunt corda eorum: et adornauit eis Satanas id quod faciebant.

43. Cum autem obliti fuissent id, de quo commoniti fuerant, aperuimus super eos portas omnis rei; donec, cum lætati fuissent ob id, quod datum fuerat illis, corripuimus eos repente supplicio: et ecce ipsi facti sunt desperantes.

44. Et abscissa est [d] stirps gentis, quæ iniquè egerat: et Laus Deo Domino [e] seculorum.

45. Die Meccanis: [f] Quid uobis uidetur? si abstulerit Deus auditum uestrum, et uisum uestrum, et sigillum impresserit super corda uestra; quis deus præter Deum restituet uobis hæc? Vide, quomodo diuersimodè explicamus signa unitatis Dei! tum ipsi auertunt se ab eis.

46. Die: Quid uobis uidetur? si aduenerit uobis

a. Dicit[e] mihi:

b et si non

c. sed

d. pars posterior

e. Mundorū

f. Dicite[d] mihi

g Dicite mihi

supplicium Dei repente, uel manifeste; num peribunt nisi homines iniquè agentes?

47. Et non mittimus Legatos, nisi euangelizantes, et comminantes. Qui ergo crediderit, et conuexerit opera sua; non erit timor super eos, neque ipsi contristabuntur.

48 Qui uerò mendacij insimulauerint signa nostra: tanget eos pœna ob id quod preuaricati fuerint

49. Dic: Non dico uobis; Apud me sunt thesauri Dei: neque dico uobis: neque dico arcanum: neque dico uobis; ego namque Angelus Non aliquor nisi quod reuelatū mihi. Dic: An aliquando ceciderunt, et riderunt? An ergo non recogitasti?

50. Et prædica eum [ideoque dicendum] illis qui timent quòd congregandi sint ad Dominum suum. Non erit illis præter eum patronus, neque intercessor: ut ipsi sibi caueant

51. Et ne expellas eos, qui inuocant Dominum suum mane et uespere, desiderantes faciem eius: non incumbit tibi de æstimatione eorum quidquam [i. non spectat ad te iudicare quali sit mens et intentio eorum]: neque de æstimatione tui incumbit eis quidquam. Quod si expuleris eos, eris ex iniquis

52. Et ita probauimus alios eorum per alios, ut dicerent: An illis beneficus fuit Deus inter nos? Nonne Deus scientissimus est qui sint gratiæ qui gratias agentes?

53. Cum autem uenerint ad te qui credunt in signa nostra, dic: Pax uobis: præscripsit Dominus uester sibi ipsi misericordiam; quod scilicet qui operatus fuerit

cir

cit ea uos malum & ignorantiam; deinde resipuerit post illud, et correxerit quod fecit: certè ipse erit illi propitius, misericors

54. Et ita distinctè progonimus signa [i. periodos Aeorani]: et ut manifestet semitas sceleratas.

55. Dic: Certè ego prohibitus sum, ne colam quos invocatis preter Deum. Dic: Non sequar desideria vestra: nam si hoc facerem, iam erraverem utique: et non essem ego ex directis

56. Dic: Ego sanè amplus iuxta declarationem mihi factam a Domino meo: at vos mendacia de illo confinxistis. Non est penes me quod cupitis accelerari [i. supplicium a Deo intentatum]. + Non est iudicium Suius (sic) nisi Dei: ipse enarrabit veritatem; et ipse est optimus discernitur.

57. Dic: Si esset penes me id quod accelerari optatis: iam definitum esset negotium inter me, et inter vos: et Deus est scientissimus qui sint iniqui.

58. Et apud eum sunt claves Arcani: nescit illas alius preter ipsum: et ipse scit quid sit in terra et mari: neque cadit unum folium, quin sciat illud: neque granum unicum in tenebris terræ, neque recens, neque siccum, nisi scripturum sit in libro manifesto

59. Et ipse est, qui defungi facit vos [i. obdormiscere] in nocte; et scit quid operamini in die: deinde suscitat vos in eo, ut absolvatur meta præfinita tuis vitæ: dein-

+ Quidã codices hic incipiunt novã periodum 57. ~~Et~~ sed non plures

de ad eum erit reditus uester: tum enarrabit uobis id, quod
feceritis operati.

60. Et ipse est Dominator supra seruos suos: et mittit
super uos custodiam Angelorum recedentium opera uestra,
quoadusq; perueniat ad unumquemq; uestrum mors, et fatu fun-
gi faciant eum legati nostri [i. Angeli]: et ipsi non e-
runt negligentes in exequendis imperijs nostris:

61. Deinde reducantur ad Deum Dominum suum
uerum. An non competit ipsi Judicium? et ipse est uelo-
cissimus ratiocinantium.

62. Dic: Quis liberat uos a tenebris continentis, et maris,
cum inuocatis eum supplices palam, et occulte, dicentes:
Certe si liberauerit nos ab his, profecto erimus ex ijs,
qui gratias agentibus.

63. Dic: Deus liberat uos ab illis, et ab omni animi an-
gustia: deinde uos associatis

64. Dic: Ipse est potens ad hoc, ut mittat aduersum
uos penam de supra uos, aut de subtus pedes uestros,
aut induat uos dissensione, et gustare faciat alios uestrum
bellum aliorum. Vide quomodo diuersimode tractemus
signa potentiæ nostræ: ut ipsi sapiant

65. Et mendacij insimulauit hunc [i. Mohammed]
gens tua: et tamen ipse est ueritas. Dic: Non in-
iuste uos procurator

66. Omni prædictioni est tempus statutum, in quo ue-
rificetur: et mox scietis, uerum esse quod prædixi

67. Et cum uideris eos, qui a deceptum de signis na-

a. natant in

strij [i. de Alcorano], procul recede ab eij, donec di- natent in
scant de narratione alia. Dein ut obtinuerit re ffce-
rit Satan suius precepti, altem ne credat, post recor-
dationem, cum omnibus iniquis

68. Et ne sit apud eos qui timent Deum estimatio
eorum [i. iniquorum] b ullius momenti: sed sit ipsius b. in ulla re
mens ut sibi caueant ab eis

69. Et desere eos qui habent religionem suam pro io-
co, et ludibrio: et decepit eos uita mundana: et commone-
fac eos per hunc [i. Alcoranum], quod si quisquam
capiatur anima ob id quod perpetrat, non erit illi pre- c. Luratur
ter Deum patronus neque intercessor.

70. Et quamuis c ad omnem pretium perfectum omne iustum d. adequet
pretium, quo redimat; non acceptabitur ab eo. Illi omnem equitate
qui se exposuerint perditioni ob id quod e perpetra- e acquisierint
uerint, habitur potio ex aqua feruenti, et pena dolo-
rifica ob id in quo fuerunt infideles

71. Dic: An inuocabimus preter Deum id quod non
prosit nobis, neque nocere nobis; et retro auertemur su-
per calcaneos nostros postquam direxit nos Deus, si-
cut ille, quem deduxerunt Satane in terra deserti
tem quo se perderet. Illi erant socij, qui uocabant
eum ad diuersionem, dicentes: Veni ad nos. Dic [o Mahumète]
Certe directio Dei, ipsa est directio: et iussi sumus
tradere nos ipsos Domino f mundorum. f. Mundoru?
72. Et dictum fuit nobis: Dirigite oratio = f. Mundoru?
nem, et timete eum: et ipse est ad quem congre-

diuini

73. Et ipse est qui creauit Cælos et terram in se-
a Lic. que ptiratu: et [illegible] dicit alicui rei: Esto: erit

74. Dictum eius est ueritas: et ipsi erit regnum die
quo insufflabitur in Tubam: ipse est cognitor ab-
sconditi, et manifesti: et ipse est Sapiens, Peritus.

Note.

Inscribitur hęc Sura الانعام Pecora, seu pecudes: non quòd
in ea de pecoribus ex professo agatur; sed quia inciden-
ter superstitiosi quidam circa nonnulla pecora Mecca-
norum ritus referantur, ut postea uidebimus. Habet
uersus centum sexaginta quinque: aliqui unum addunt.
Est Meccana. Excipit Zelal: وما قدروا الله: Et non mensu-
rauerunt Deum; cum duobus uersibus sequentibus: et
قل تعالوا: Die: Venite, item cum duobus sequentibus: horum enim
uult Medinę traditos fuisse. Præmium Lectori promittit.
مَن قرء الانعام صلى الله عليه وسلم واستغفر اوليك السبعون الف ملك بعدد كل
اية من سورة الانعام يومًا وليلة: Qui legerit Suram
Pecorum, benedicet ei Deus, et salutem concedet: et septua-
ginta millia Angelorum (hi sunt qui uisitant quotidie
Domum Maamuram in Cælo) deprecabuntur pro eo pro quoti-
bet uersu eiusdem Surę, die, ac nocte.

26. Qui liberatus fuerit] Arabicè duplex est Lectio: مَن
يُصرَف.. qui liberatus, seu auersus fuerit: et مَن يَصرِف: quem
liberauerit, seu, auerterit: nempe, Deus.

29. Quę ues est maior ad testificandum]. Quę fuerit-
huius

huius uersus occasio, dicce ex Selat: نزل لما قالوا للنبى ائتنا بمن
يشهد لك فان اهل الكتاب انكروك: Hec reuelata sunt, quæ-
da Medeani dixerunt Prophete: Adue aliquem, qui testi-
monium tibi perhibeat: nam Judei et Christiani profes-
sores Scripturæ, negant te esse prophetam: seu, ignorant
te, nec reperiunt quidquá de te in sacris libris. Mahu-
metus uero respondet petendo principium: hoc enim erat
quod quærebatur, utrum Deus testimoniú perhiberet de
illo in sacris Libris.

30. Occursum Dei] Ita appellatur in Alcorano dies Re-
surrectionis, quia ita appellabant eum Christiani ex uerbis
S. Pauli 1. Thessal. c. 4. et alibi. Dicitur etiam Hora, ob eam
rationem, quia uidelicet ita uocatur Christus apud
S. Joannem cap. 5. Furtiuis coniecula inducitur coloribus,
ut melius fallat; sed magis mouet risum.

* Et ipsi portabunt onera sua] explicat Jahias quomodo
peccata sua. Idem refert ex testimonio plurium Authorum
Mahumetum dixisse: ان الكافر اذا خرج من قبره مثل له عمله فى
اقبح صورة راها قط واقبح وجها وانتن ريحا واسواء لفظا فيقول من انت
اعوذ بالله منك فما رايت اقبح منك وجها ولا انتن منك ريحا ولا اسواء منك
لفظا فيقول اتعجب من قبحي فيقول له نعم فيقول انا والله عملك الخبيث وانك
كنت تركبنى فى الدنيا وانى لاركبنك اليوم فيركبه فلا يرى شيئا يهوله ولا
يفزعه الا قال له ابشر يا عدو الله انت الذى يراد وانت الذى
يعنى وهو قوله وهم يحملون اوزارهم. Cum infidelis egressus fu-
erit e sepulchro suo, ponetur ante eum opus quod fecit,
in figura turpissima, qualem nunquam uidit, fœtie le
formi, pessimo odore, pessimaque loquela. Dicet ei

26. Neque mandauij iniquitatem] Hic distinguenda sunt ita ut ut
Mundum, neque mandauij iniquitatem

infidelis: Quis es tu? Deus me liberet a te: nunquam
uidi rem turpiorem. Respondebit pro illo: Quid
turpitudinem meam admiraris? Ego propter iniqui-
tatem meam malam: et tu in Mundo ascendebas supra me?
ego autem Pdie ascendam supra te, et tu portabis me.
Itaque ascendet super eum, neque uidebit rem ullam,
que non terreat eum, ac dicat ei: Erasit, o inimice Dei:
tu es ille, quem innuebat, et significabat ille Nico-
rani: et ipsi portabunt onera sua.

37. quenam sint genres similes uobis]. Ad exuendas
Prosperę, qui inscitiam, uel potius stultitiam, explicat
Jelal. في تقدير خلقها ورزقها واحوالها in eo quod spectat
ad creationem, gubernationem, et status seu constitutio-
nes earum

42. An uero cum aduenisset] Arabice ولو: et si non: adest; fuit sensum affirmatiue, nempe illos supplices reprecatos fuisse. Sed Interpres exponit in contrarium sensu negatiue

45. Quid putatis]. Arabice ارايتم: uel, ارايتكم: exponit Jelal: اخبروني Dicite mihi. Proprie uerteremus: An putatis? uel: An uobis uidetur?

47. euangelizantes, et comminantes] Arab. مبشرين ومنذرين: primum significat presertim in Nouo, idem quod Grecum uerbum εὐαγγελίζεσθαι euangelizare seu fausta annunciare: secundum autem, cum comminatione pene pre-
sertim. Aliquando tamen etiam primum ad infausta refertur: sed inde esse ironiam.

51. Et ne expellat]. Fingit Jelal, sed dicit fuisse, quid Principes Meccani idololatre expellebant pauperes omnes, et miseros ab urbe sua, atque ad Madume-
tum ire iubebant: ad quem cum confugerent, illius electi-
onem

ginem amplexi se nobis ofterebant. At Mahumetty illos hac de necessitate recip, et non ex animo petere simulatq, illos recipere recusabat. Quamobrem fingit Sic Deus ita eum corripere: Et ne expellas

52. Et ita probabimus alios eorum & alios] Jelal
اى الشريف بالوضيع والغنى بالفقير بان قدمناه بالسبق الى الايمان.
ideo, nobilem & ignobilem, et diuites & pauperes, uocando illum
prius ad fidem: itaut diuites ac no-
biles dicerent: An Deus pauperes et ignobiles fidei
gratia donauit priusquam nos?

58. Claues Arcani] Jelal: وهى الخمسة التى فى قوله ان الله عنده
علم الساعة: He claues sunt illa quinque, que continentur
in illis uerbis Alcorani: Sane apud Deum est scientia
Horæ &. Albocharius parte 30 Traditionum Mahumdei-
carum, ita eas enumerat. حدثنا خلد بن مجلد قال حدثنا سليمان
بن بلال قال حدثنى عبد الله ابن دينار عن ابن عمر عن النبى ص قال مفاتيح
الغيب خمس لا يعلمها الا الله: لا يعلم ما تغيض الارحام الا الله: ولا يعلم ما فى
غد الا الله: ولا يعلم متى ياتى المطر الا الله: ولا تدرى نفس باى ارض تموت
الا الله: ولا يعلم متى تقوم الساعة الا الله
Narrauit nobis Cha-
led filius Mogialled dicens: Narrauit nobis Sulyman
filius Belal dicens: Narrauit mihi Abdallah fi-
lius Dinar, narratum sibi fuisse ab Ebn-Omar,
se audiuisse Propterea Mahumetem dicentem: Cla-
ues arcani sunt quinque, quas nemo nouit nisi Deus.
Nemo nouit, quantum diuersi ferunt termino decrescant
uteri fœminarum, nisi Deus. Et nemo nouit quid cras fu-
turum sit, nisi Deus. Et nemo nouit, quando pluuia

uentura sit, nisi Deus. Et nemo nouit in qua terra
moriturus, nisi Deus. Et nemo nouit quando uentura sit
Hora (i. dies Iudicij), nisi Deus

61. Et ipse est uelocissimus ratiocinantium] Hanc
Dei uelocitatem in ratione ineunda cum creaturis, ex pli-
cat Jelal ex communi Doctorum sententia, sic uersi.
يحاسب الخلق كلهم فى قدر نصف نهار من ايام الدنيا:
Iudicabit omnes creaturas rationem cum eis ineundo, per spa-
tium medietatis unius diei ex diebus huius mundi

62. Ipse est potens ad hoc ut misereatur] Huius sen-
tentiae uis est: Deum uos punire & remunera-
re ex Lege, uel si uelit uos, uel si mutua bella inter uos. Refert autem Mosem dixisse Mah-
mesum سالتُ ربّى ان لا يجعل بأس امتى بينهم فمنعنيها وفى حديث : لما نزلت قال اما انّها كائنة ولم يات تاويلها بعد:
orani Domi-
num meum, ut non uineres in gente mea bella mutua
mihi: sed noluit exaudire me. Alij referunt, cum
hæc uerba reuelata sunt, cum discipulo: An hæc ali-
quando euenient? Et nunquam responsum fuit ei.
Vel: et nunquam uenit interpretatio eorum

68. Et ne sit apud eos qui timent Deum] Occa-
sionem dedit his uerbis, id quod narrat Sic Jelal:
وقال المسلمون ان قمنا كلما خاضوا لم نستطيع ان نجلس فى المسجد وان
نطوف فنزل وما على الذين يتقون الله من حسابهم اى الخايضين من شى اذا جالسوهم ولكن عليهم ذكرى
Dixerunt Mosleni: Si assurgentes discedere debemus
quoties infideles discepturi inuicem de Alcorano,
nunquam poterimus consistere in templo, neque cir-
cuire

cuire illud cum supplicatione. Tunc reuelata sunt Ec
uerba: Non desert qui timent Deum quidquam cunctae
est, nempe discrantes sum. Iederint iuxta illos, sed me
minerint tantum cauendum sibi esse ab eis
74. Die qua insufflabit in Tubam] Jelal. النفخة
الثانية من اسرافيل: secundo uice ab Israfel. Allu-
dit ad illud Apostoli 1. Cor. c. 15. In nouissima Tuba,
quod uidet supponere primam tubam, uel primum sonum
eiusdem tubæ. Fingunt autem Moslemi primum sonum
faciendum esse a Gabriele: secundum uero ab Israfele
(alij tamen opposituum sentiunt): et inter primam
et secundam tubam seu sonum, intercessurum quatuor
quadraginta annorum. Sed audiamus uerba Jahie: ثم يؤ
في الصور ينفخ فيه ملك يقوم بين السما والارض قال قتادة من الصخرة من بيت
القدس والطور قرن فيه ارواح الخلايق فينفخ فيه فيذهب كل روح الى جسده
فيدخل فيه ثم ينطلقون سراعًا الى المنادى صاحب الصور الى بيت المقدس:
Die qua insufflabitur in tubam. Insufflabitur in illam ab
Angelo, qui stabit inter Cælum et terram. Dixit Cuada: e
saxo seu cuppe. Ab Jerusalem, et monte Sinai protendetur
tubæ in qua erunt animæ omnium creaturarum. Vbi uero
flatum acceperit, pergent unaquæque anima ad corpus suum,
et ingredietur in illud. Deinde accurrent omnes uehementer
ad preconem, qui insufflauit in tubam, in Jerusalem

Refutatione

Quid inter tot nugas, et quinquilias seria refutatione
dignum reperiri. Semper eandem crambem recoquit:
eandem fabulam recantat. ~~Vt eundo fidem imposterum~~
~~conciliet, aliquam uanam uel pia fraude aliis facem praeiuerit.~~

1. Signa petunt Mecani: miracula scilicet uera, non ineptia Alcorani, ad hoc ut profint tuto credere Mahumeto. Ille uero nihil ex his que petunt se facere posse fatetur: non librum in charta conscriptum e celo accipere: non Angelum inde ad se aduocare. Quia scilicet alterum, etiamsi manu attrectasset, prestigium proclamarent: alteri, ut forte in figura, et uestitu humano apparenti, fidem nullam adhiberent. Bellam sine accusationem. Quasi uero non sint facienda miracula, si illis aliqui non sint credituri. Nonne plurimi prodigia Moysi prestigia esse asserebant? Nonne miracula Christi, demonis opera pastrua Iudeorum Principes uulgabant. Illud uero ridiculum, quod non posse Deus ad Lamine Angelo mittere, nisi in humana forma, atque humani uestitu inDuto

2. Iactat Mahumetus se esse primum Ecclesiastice secte Professorem: quam tamen Abrahe, et Prophetarum, imo Christi, et Apostolorum, primumque Christianorum religionem fuisse sepius in Alcorano fatetur. At enim religio hec prorsus defecerat, et Mahumetus primus illam restituit, et professus est. Ergo tempus aliquod fuit, in quo uera religio penitus interijt, et Deus in Mundo nullo uero cultore remansit. Atqui ex Alcorani confessione constat, hanc religionem Ecclesiasticas

Specie-

Asseriatis, nempe plurium deorum cultui opponi, nihilque aliud peculiare continere. Quod uero ante Mahumetum unum tantum deum colebant? Creterea constans est Mahumetanorum opinio ex ipsius Mahumeti et Alcorani documento, Deum semper in terris aliquos ueros religionis cultores habuisse

3. Ipsius, ut ex Alcorano liquet, dixerat Mahumetus Meccanis requirentibus aliquod testimonium ueritatis Prophetię illius; ut adirent Judęos, et Christianos, penes quos erant sacrę scripturę, ex quarum testimonio intelligerent, ipsum uere esse prophetam. Verum affirmantibus utrisq; nihil de Mahumeto in sacris libris reperiri, homo astutus ut se a tanti mendacij labe purgaret, obtudit Alcoranu, tanquą diuinu testimoniu sue ueracitatis. Sed hoc erat, quod in questione uertebatur; utrum scilicet, quod ille ex Alcorano effutiebat, ueteq; a Deo: quod sane non per Alcoranum, sed uel per aliquod miraculu, uel per diuinorum librorum authoritate erat demonstrandum. Verum, miracula facere non potuit, ut uidimus; et in sacris literis nihil de Mahumeto, uel Alcorano Judęi, et Christiani reperire potuerunt. At enim nolebant hi uaticinia de Mahumeto apertis illius manifestare. Cur ergo Mahumetus ipse non manifestabat? cur ad solum Alcorani testimoniu miserum confugiebat? cur huiusmodi technis suos illudebat?

4. Notandum hic, et alibi frequentissime in Alcorano, id quod iam non primus eiusdem Alcorani Protogonistes premonui,

pestimum Impostorem, quo facilius simpliciores decipiat, inuerecd, que impie, uel absurde pronunciat, plerumq; Supremi Iudicij uel gehennę terriculamenta permiscere: uel etiam sana aliqua documenta suggerere, sic nimium est Seductorum consuetudo, ut aliquid frumento admiscere, et inter errorum tenebras Angelum lucis simulare.

5. Arguit Mahumetum Meccanos, quod audientes Hebraeorum, fidem illi habere recusarent: et nihilominus causam obstinationis eorum refundit in Deum, qui eorum corda atque aures obturauerit, oculos excaecauerit, aure grauedine oppreserit. Cumque illi deinceps ea non aspicerent, si miraculum aliquod uidissent: hic, etiam nisi miraculis, eos credituros negabat. Illum Iudaeum Meccani rogabant, ut liceret ipsis Alcorani neminem inquirere, ne temere essent in illum credituri. At ille callide fingit sibi a Deo praeceptum, ut de Alcorano disceptari minime permitteret: timebat enim, ut opto uerissimus, ne errores, fraudesque sue in Alcorani discussione detegerentur. Hanc pseudoprophetę sui legem Mahumetani rigidissime seruant, disputationes circa Alcoranum, propriamq; sectam quoquo refugientes.

Hoc uero esse contra omnem rationem nemo non uidet: nam nemo tenetur, imo nec debet, aut potest aliquam religionem suscipere, nisi de illius ueritate, uel saltę probabilitate certus sit. Hoc uero fieri non potest, nisi eiusdem Religionis, eiusq; legis fundamenta sedulo discutiat. Quod si ab-

si aliqua occurrant, quę humanam ratione excedant, ea debent vel per certam diuinã reuelationem, vel per verum miraculum comprobari. Quamobrem nunquam conueuere Christiani disputationes cum infidelibus de ea religione fugere: imo eosdem alliciunt atque etiam prouocant ad huiusmodi disputationes: cępiunt enim res se in bona causa, et religionem suam & ratione, & miraculis, & diuina reuelatione se posse probare. At uero Mahumetus, et Mahumetani, nullam de lege sua quęstionem habere uolunt, sed sine ulla ratione, sine miraculis, sine diuino testimonio brutalibus quoque modo eam ipsi credunt, atque alijs credendam obtrudunt. + vide de hoc, Prolv. p.e 4 cap. 25. pag. 437.

6. Dum Mahumetus fingit reuelari sibi a Deo, non dici, neque credi a Meccanis mendacem: mentitur ipse, mendacemque facit ipsum Deum: nam ex testimonio Alcorani, et ex ijs quę in uita Mahumeti iam diximus, communis erat Meccanorum opinio, Mahumetum mendacem esse, mendacissimum; neque aliud in eorum ore semper atque usque resonabat. Respondet Jelal, illos non palam, sed في السر in secreto confessos fuisse Mahumetum non esse mendacem. Audierat nimirum Jelal arcana Meccanos colloquia, qui tot seculorum intervallo abhinc dicta fuit. Mendacium mendacio tegere conatur.

7. Nihil impudentius dici, vel cogitari poterat, quam Judeos et Christianos non minus ex sacris libris cognoscere Mahumetum, quam ex quotidiana conuersatione et aspectu

filios suos. Sed uide circa hoc, que superius diximus.

8. Addit, ac docet Mahumetus, Gestrias, et aues esse gentes similes hominibus, et in nouissimo die à Deo esse iudicandas. Excuset quantum uult Zelaladinus Propheta sui crassitiem, et amentiam: ex uerbis suis nimis aperte conuincetur sentire cum Gnosticis, et Manichæis, qui in eodem errore uersabantur, dum brutis animalib. rationales animas tribuebant.

9. Improbandus omnino erat Mahumetus, dum pauperes Meccanos ad sectam suam suscipiebat, si ex ficto animo, et eo tantum fine, ut inopia sua medente, eandem amplecti uideabatur. Ipsum quippe nouum lumen docet, non sine solerti perquisitione, ac prequa instructione aliquem ad religionem admittendum esse, presertim si ficto animo aliquid in eo ese probabiliter agnoscat. Dum uero Mahumetus Deum sibi contraria precipere fingit, in ipsum Deum se iniurium manifeste demonstrat

Textus Alcorani

75. Et memento cum dixit Abraam patri suo Azar? An accipis simulacra in deos? Certe ego uideo te, et gentem tuam in errore manifesto.

76. Et ita ostendimus Abrahe regnum celorum, et terre: et ut esset ex firmiter credentibus

77. Cumque obtenebrasset super illum nox, uidit stellam [scilicet Veneren]. Dixit: Hic est Dominus meus. Cum autem illa occidisset, dixit: Non amo domi-

nos

mino occumbentes

78. Cum uero uidisset lunam orientem, dixit: Hic est Dominus meus. Sed cum illa occubuisset, dixit: Profectò nisi dixerit mihi Dominus meus, ero certè ex gentibus erantibus

79. Cum postea uidisset solem exorientem, dixit: Hic est Dominus meus: Hic est maior stella et luna. Sed cum occidisset, dixit: O populi mei, certè ego immunis sum ab eo quod associatis [i. ab idolatria uestra].

80. Certè ego conuerti faciem meam ad eum qui condidit cælos et terram; Ortodoxus sum, et non sum ego ex associantibus

81. Et disceptauit cum eo populus eius: At ille dixit: An disceptatis mecum de Deo? et iam direxit me: et non timeo id quod associatis illi: Sed si uoluerit Dominus meus aliquid, comprehendit Dominus meus omnem rem scientia. An ergo non commonescietis

82. Et quomodo timebo ego id quod associatis uos; et uos non timebitis, quòd uos associaueritis in Deo id, de quo nō demisit ad uos potestatem? Et quenam ex duabus sectis est dignior fide, mea an uestra? si nostis hoc mihi dicite.

83. Qui crediderint, et non uestierint fidem suam iniquitate, his erit securitas a pœna; et ipsi erunt directi.

84. Et hæc est demonstratio nostra de unitate Dei, quæ tradidimus Abrahæ aduersus gentem suam. Extollimus gradibus quem uolumus: nam Dominus tuus est sapiens, sciens.

85. & Lavgiti sumus di Isaac, & Jacob: omnes nos diveximus: et Noä diveximus antea: et ex progenie eius Dauidem, et Salomonem: et Iob, et Joseph, et Moysen, et Aaron: et ita remunerabimus benefacientes

86. et Zacariam, et Joanem, et Jesum, et Eliam: omnes hi ex numero Probatorum:

87: et Ismaël, et Elisæum, et Jonam, et Lot: et omnes nos exaltauimus super a secula. [i. super omnes homines sue etatis].

a. Mundos
933
255

88. et ex patribus eorum, et progenibus eorum, et fratribus eorum: et elegimus eos, et diriximus eos in viam rectam

89. Hec est directio Dei; dirigit per eam quem voluerit a seruis suis. Quod si associauerint, certe inutile erit illis id quod fuerint operati

90. Illis quibus tradidimus Librum [i. sacras scripturas] et Jurisprudentiam, et Prophetiam: Quod si ingrate præuerint hec ipsi: iam porro committemus ea gentis, hec ea non ingrate reijcient.

b. non erunt da illis ingrati

91. Isti sunt, quos direxit Deus: directionem ergo eorum imitare. Dic Mœcenis, Non peto a vobis pro hoc [i. Accorando] mercedem: Non est hic, nisi commonitio c eius [i. omnibus creaturis, nempe hominib. et genijs].

c. Mundis

92. Et non mensurauerunt Deum [i. Judei] veritate mensure eius; dum dixerunt: Non demisit Deus super hominem quidquam [i. Non reuelauit alicui homini vllum sacrum Librum]. Dic: Quis demisit Librum, quem attulit Moyses

Moysy, lucem et directionem hominibus; quidem ponitis sub-
dendo in exactis, ex quibus manifestatis eas quas multis; et
abscondistis multas, in quibus predicitur Mahumetus? Et
dicistis ab Alcorano id quod non scicbatis neque pa-
tres uestri? Dic: Deus demisit illum. Deinde relinque
eos, ut [a] natando in nudo suo ludant [i. ut inter se discep-
tent, et in errore suo uersen]

a. in natatione sua

13. Et hic liber [i. Alcoranus] quem demisimus, be-
nedictus est, confirmans quod reuelatum fuit ante eum:
et ut predices eum Matri poli [i. Mecce], et ijs qui
sunt circa eam. Et ij qui credunt in alteram uitam,
credent in eum; et ipsi sup oratione suam erunt se-
duli custodes.

14. Et quis est iniquior, quam qui comminiscitur
de Deo mendacium? aut dicit: A Reuelatum fuit mihi:
et non reuelatum fuit illi quidquam? Et qui dicit: A
Descendere faciam e Celo librum similem illi, quem de-
misit Deus? Quod si uideres, quando iniqui erunt in
angustijs mortij; et Angeli extendent manus suas, ut
percutiant eos, et dicent illis: Ejicite animas uestras:
Hodie recipietis penam ignominie ob id quod dicebatis
de Deo sine ueritate, et signa eius superbe despice-
bamini

15. Et iam quidem uenistis ad nos segregati [i. spo-
lia omnibus rebus], sicut creauimus uos primo nice; et
reliquistis, que prebueramus uobis post tergo uestra: ne-
que uidemus uobiscum intercessores uestros, quos puta-

stis. esse inter uos signis Dei. Iam porro pręclarum est
conditorium inter uos, et desellit uos id quod existima-
ris de intercessione eorum
30. Certe Deus scindit granum & germine et nucleum
& palmā: educit uiuum ex mortuo, et educit mortuum ex
uiuo. Hic est Deus. Quomodo ergo deducimini a uia
ueritatis?
31. Diuidit aduersam a tenebris; et posuit noctem ad
quietem; et solem ac lunam ad computum temporum.
Hęc est dispositio Creatoris, Scientis
32. Et ipse est, qui posuit uobis astra, ut dirigeremi-
ni & ea in tenebris continentis et maris. Iam distincte
ostendimus signa potentię nostrę hominibus, qui sciunt.
33. Et ipse est qui produxit uos ex anima una
[i. Adam]: et datus fuit uobis ad eo locus ad habita-
tionem quiescendum in uteris matrum: et locus depositio-
nis in lumbis patrum. Iam distincte propalauimus
signa potentię nostrę hominibus, qui intelligunt
100. Et ipse est, qui demisit de cęlo aquam, et ex
produximus & eam germen omnis rei; et educimus ex
eo uiride, ex quo educimus granum simul commixtum:
a. et ex palmis, & spathis earum a
et palmas ex quibus oriuntur inuolucra diuersorum si-
mul adnexorum: et uuas ex uuis, et oleas, et ma-
la punica, inter se similia, et dissimilia. Re-
spicite in fructus eorum, ubi fructificauerint, et ma-
turitatem eorum. Certe in hoc sunt signa Diuinę
potentię hominibus qui credunt

101.

101. Et posuerunt Deo soloj Jenioj et ipso cremuit
eoj. Et mendaciter tribuerunt ei filioj et filiaj
inscitiaind. Laus illi: et longè abest ab eo quid prędi-
cant de illo.* Conditor est cęlorum et terręe: quomodo erit il-
li proles, cum non sit illi socia [i. uxor?] et creauit omnes
cem, et ipse est omnem cem deiny

* hic quidã incipiunt nonnam periodum, et nihil: vacat.

102. Ipse est Deus Dominus uester: non est deus, nisi
ipse Creator omnij cei: seruite ergo illi; nam ipse est tuj
omnem cem procurator.

103. Hoi comprehendunt eum oculi, et ipse comprehendit
oculoj: et ipse est benignus, peiitus

104. Jam ueneunt ad uoj prędationes clarę a Domino ue-
stro; qui ergo aspexit eaj, sibi ipsi aspexit: qui uerò ceaj
fuit, contrà se ipsum ceaus fecit: et non sum ego tuj uoj
custoj

P4: D[illegible]

105. Et hic explicamus signa: et ut dicant sibi inuicem quã-
do uiderint euentum cei: sedulò studuisti operam mauri
ti libroj Scripturaliumd: et ut manifestemus hoc hominibus
cuj qui sciunt.

106. Sequere quod reuelatum est tibi a Domino tuo. Non
est deus nisi ipse: et longè recedat ab associationibus
107. Quod si uoluisset Deus, non associassent. Et non
posuimus te tuj eoj custodem; neque tu es tuj eoj pro-
curator

108. Et ne contumeliosè tractetis illos, quoj inuocant
præter Deum [i. ideo comm], ne ipsi contumeliosè trac-

tent Deum sozrilised & ignorantiam. Ita speciosu fe-
cimus unicuique genti ossy suum: tum ad dominum su-
um erit egressy eorum: et enarrabit illy id quod fue-
rint experti

109. Et iuraverunt Meccani & Deum ^ toto ^ conatu iura-
mentorum fecerunt, quod sane si veniret ad ipsos signum
aliquod miraculosum; utique crediderent in illud. Dic:
Profecto signa sunt in potestate Dei: et non finit uos
intelligere, quod ipsa cum venerint, non ~~non~~ credent.

110. Et avertemus corda eorum, et oculos eorum deveniunt,
sicut non crediderunt in illud [i. signum quod ostendit Deus]
primo vice: et relinquemus ^ ut eos in errore suo legitimeter
versent

الجزء الثامن
Pars octava

111. Et etiamsi nos descendere faciemus ad eos Angelos,
et alloquuti fuissent eos mortui; et congregavissemus
super eos omnem rem coruatim: non crediderunt, nisi
juxtamus voluisset Deus: sed plerique eorum ignorant
Loc

112. Et ita posuimus unicuique Prophete hostem de
nimirum Satanas hominum, et genierum: inducunt
alij eorum alijs ornamentum sermonij, ad deceptionem.
[nempe Prophetarum]. Quod si voluisset Dominus tuus,
non facerent hoc: sed dimitte eos [i. infideles] et ne cures
id quod blasphemè mentiuntur

113. Et sine ut intendant ad illud [i. ornamentum
sermonij] corda eorum, qui non credunt in alterum vitam,

et

et ut complaceant tibi in eo; et ut loquentur id quod
ipsi sunt locuturi.

114. Ne pigeat Deum exquirere Judicem? et ipse
est qui dedicavit duos Libros Aaronis, distinctum,
& distinguentem vera a falsis]. Illi vero quibus at-
tulimus Librum Legislatoris, dicunt quod ipse Ab-
raamus fuit demissus a Domino tuo cum veritate.
Ne ergo ullo modo sis ex dubitantibus de hac

115. Et completa sunt verba Domini tui quoad
veritatem et equitatem: non est qui permutet verba ejus:
et ipse est Audiens, Sciens.

116. Quod si obedieris pluribus eorum,
qui sunt in terra: errare facient te a semita Dei.
Non sectantur nisi opinionem, et ipsi tantummodo me-
tiuntur.

117. Certè Dominus tuus est scientissimus, qui ver-
set a semita sua; et ipse est scientissimus qui sint
directi

118. Comedite igitur ex eo super quod commemoratum
est nomen Dei, si estis in signis ejus credentes

119. Et quid causæ est vobis, ut non comedatis ex eo super
quod commemoratum est nomen Dei, dum macrandi. et jam
distincte præcepit vobis quid prohibuerit vobis præter id ad
quod comedendum necessitate compulsi fueritis. Et quidem
multi sanè in errorem inducunt alios propter cupiditates
suas sine scientia. Certè Dominus tuus est scientissimus
qui nam sint transgressores.

Nota insul-
sam transitio-
nem.

100. Et relinquire extrinsecum iniquitatis, et intrinsecus
ejus: nam qui perpetrant iniquitatem recipient mercedem
illius, quod fuerint lucrati

101. Et ne comedatis ex eo crudum quod, dum maceratur
non fuerit commemoratum nomen Dei: et certè locus
secto est nefas: et quidem satanæ sine insidiabunt a-
micis suis [i. infidelibus] ut decipient vos cum de
esu mortuorum. Quod si obedieveritis illis, certè vos eviden-
tij sane associantes

102. Sin et qui fuerit mortuus, et revocaverimus
eum ad vitam, et posuerimus ei Lumen ut quod ambulet
inter homines, erit sicut ille, cujus similitudo est in te-
nebris, ex quibus non sit egressurus? Sic adornatum
fuit infidelibus id quod operantur

103. Et sic posuimus in omni civitate Criminatores sce-
leratorum illius, ut fraudolenter agant in ea: sed non agent
fraudolenter, nisi contra animas suas: et non animadver-
tunt hoc

104. Et cum venerit ad eos [i. Meccanos] aliquod si-
gnum de vituperatione Mahumeti, dicent: Non quamvis
credemus donec traditum fuerit nobis simile illi, quod
traditum fuit Legatis Dei. Deus est scientissimus ubi
collocaturus sit legationem suam. Insidet illis qui scele-
ratè egerint vilitas apud Deum, et pœna pro semine eo
id quod fraudolenter egerunt

105. Quem porrò voluerit Deus dirigere, dilatabit pec-
tus ejus ad fidem Islamiticam. Quem verò voluerit

Induce-

inducere in errorem, reddat pectus eius arctum, angustus,
non secus ac si niteretur ascendere in celum. Ita ponet De-
us abominationem suis eis, qui non credunt
126. Et hec est via Domini tui recta. Iam dis-
tincte tradidimus signa Hominibus, qui ea commonefient
127. Istis erit Domus pacis apud Dominum suum:
et ipse erit patronus eorum ob id quod fuerint operati
128. Et memento diei, in qua Deus congregabit eos
uniuersos: et dicet: O cetus seniorum, iam multum fu-
istis cum hominibus, eos decipiendo. Et dicent amici
eorum ex hominibus: Domine noster, emolumentum
cepit alter nostrum ab altero: et peruenimus ad meta
nostram quam prefiniuistis nobis. Dicet Deus: Ignis
erit receptaculum uestrum, semper moraturi estis in eo:
nisi quatenus uoluerit Deus: quippe Dominus tuus
est sapiens, sciens.
129. Et ita preficiemus alios iniquorum alijs, ob
id quod fuerint et perpetrauerint
130. O cetus Seniorum, et hominum: an non uene
runt ad uos legati ex uobis, qui narrabant uobis signa
mea, et comminabant uobis occursum diei huius? Ves-
pondebunt: Testamur contra nos ipsos ita dese. Et
decepit eos uita mundana. Et testificabuntur contra
semetipsos, quod ipsi fuerint infideles
131. Hoc fiebat [i. quod Deus mitteret legatos], quia
nunquam fuit Dominus tuus perdens ciuitates in iniqui-
tate, dum ciues earum essent incogitantes.

130. Et unicuique eorum gradus ex eo quod mercedem ex eo quod fuerint operati: et non est Dominus tuus negligens circa id quod operantur

133. Et Dominus tuus dives, plenitus misericordia: si voluerit, perdat facies tuas, et succedere faciat vos quod voluerit, quemadmodum produxit vos ex generatione gentium aliarum

134. Certè quod promittit vobis, omninò eveniet: neque vos infirmium reddet Deum, quin compleat quod promisit

135. Dic Meccanis: O populo meus, operamini iuxta statum vestrum: ego certè operaturus sum iuxta statum meum: porrò cui sit merces domus [i. paradisi]: profectò non prosperabuntur iniqui

Note

75. Patri suo Azar]. Gelal et Jakius volunt patrem Abrahæ proprio nominatum fuisse تارخ Tarè, vel تارخ Tarech: Azar verò cognomen illius fuisse. Autores duo Arabæ Mahumetani, Alhasan, et Alchalil, pourant ازر Azar esse nomen probrosum, quo Abraham vocabat patrem suum idolatram, ut idem sit ازر Azar, ac يا زرّ, idest يا معوج يا ضالّ: o graue: o errans.

77. Hic est dominus (meus] explicat Gelal: فى زعمكم In opinione vestra: quasi hæc dixisset Abraham, non ex sensu suo, sed illorum quodammodo genti suæ.

86. Eliam.] Arabicè الياس. Gelal asserit hunc fuisse ابن اخى هرون filium fratris Aaron.

87.

87. Elisæum] Arabicè اليسع. Butat Zelal. Il al, esse superfluum, et uerum nomen esse يوشع Jasaum: idest, Josue, ni fallor.

94. aut dicit: reuelatum fuit mihi] Autumat de? innui hoc loco ædum Moraimam, celebrem imposturem, æmulum ipsius Mahumetti, qui Alcoranum suum scripsit ad imitationé eius, nec paucioru assecla habuit: sed sub Abubacro occisus dr, non multo post extinctu Mahumetu?.

96. scindit granum]: idest, extrahit, uel producit.
* educit uiuum ex mortuo &] Zelal: كالانسان والطائر من النطفة والبيضة: sicut hominem ex spermate; et audm ex ous. et ex opposito.

101. Et posuerunt Deo socios Genios.] Adorauerunt scil.t illos pro dijs. Sunt autem Genij apud Arabes creaturæ quædam medię inter homines et angelos; ita ut in quibusdam similes sint angelis, in quibusdam hominibus. Videque dicta sunt in secunda Sura, et que deinde dicebatur in Alcorano.

103. Non comprehendunt eum oculi] Arabicè الابصار Visus, uel, aspectus. Exponit Zelal: لا تراه وهذا مخصوص لرؤية المؤمنين له في الاخرة وحديث الشيخين انكم سترون ربكم كما ترون القمر ليلة البدر وقيل المراد لا تحيط به. Non uidebunt eum: hoc uero peculiare est uisioni fidelium (nimirum peculiariter illis concederetur in ęgło) qua uidebunt Deum in seculo futuro. Et ex relatu Doctorum Seniorum hęc habentur: Vos sanè uidebitis Dominum uestrum sicut uidetis Lunam in nocte pleniLunij. Alij intelligunt de uera comprehensione Dei.

128. *super quod commemoratum est nomen Dei*] Jelal: أي
على ذبح اسمه : *idest*; *mactatum est in nomine eius.*

128. *emolumentum cepit alter nostrum ab altero*] Explicat Jelal: انتفع الانس بتزيين الجن لهم الشهوات والجن بطاعة الانس لهم
Emolumentum cepit homines à Genijs, quia hi inijcabant eis libidinibus: Genij autē ab hominibus, quia hi obtemperabant illis.

* *nisi quantum voluerit Deus*] nimirū, ut non sentiant genus cruciatum. Jelal. من الاوقات التى يخرجون منها لشرب الحميم فانه خارجها كما قال ثم ان مرجعهم الى الجحيم وعن ابن عباس فما بمعنى مَن. *Et tempore quo egrediuntur ad sorbendā aquam feruentem: nam tunc egrediuntur ab igne: vicissim dicitur; sed mox regredientur in Tartarum.* At Ebn-Abbas, accipit particulam ل pro من : idest, quantum vel quod: pro quem: ut sensus sit; nisi quem voluerit Deus, nempe egredi ab eo.

Refutationes.

1. Patrem Abrahę vocatū fuisse Thare, sacrę literę ubique testantur: quamobrem nimis aperti erroris conuincitur Mahumetus, dum illum Azar nominatū fuisse pronūciat. Nec ullo fundamento nititur id, quod habet Jelal, Azar cognomen illius fuisse: vel quod autumant Duo Seniores, Azar esse vocem contumeliosā, qua Abraham parentem suum affecit.*

* Vide Prior. p. 1. cap. ultimo. pag 582.

2. Ridiculum est Abraham, antequam ita cum patrē vel cum gente sua discessisset, nunquā vidisse stellas, Lunam

Lunam, ac Solem occumbere. Nouerat Seltem, cum uidit Venerem post ortum occidere, Lunam etiam, et Solem occasum suum habuisse: quamobrem inevedibile est, illum adeò stolidum fuisse, ut quia post tertiam diem uidit Solem occidere, recognouerit illum tanquã Deũ, quod primò fecerat, ulteriùs adorare. Agnoscentes Moslemi sapientes huiusmodi ineptias Prophetæ sui, simulate, et ad idololatras illudendos, hæc omnia Abraham fecisse asseruere. Sed si uerba Alcorani rectè perpendantur, non simulatè, sed seriò illum hæc fecisse apparet. Quòd si etiam se sidera adorare tanquã deos tantummodo simulasset, impietatis tamen manifestã admisisset; neque enim fas erat, creaturæ diuinum cultum etiã simulatè tribuere. * Vide Prol. 3. loco modo citato

3. Nunquam dixerũ Judæi, Deum nulli mortalium, sacrũ aliquem librum reuelasse; quod hic illis Alcoranus iuxtà expositores Moslemos, obijcit: neque oraculum ullum de Mahumete in sacris literis, abscondere̅t, nec abscondere potuerunt, cum nullum prorsus existeret, nisi fortasse in illius uituperationem. Vide alibi dicta.

4. Alcoranum non modo sacros libros Pentateuchi, et Euangelij non confirmare, sed etiam eosdẽ destruere, dũ contraria illis docet, iam superiùs ostendimus. Quòd uerò Judæi multa ex Alcorano didicerint, quæ antea ignorabant, concedimus ultrò, si deliret, fabulis, et impijs dogmatibus loquamur. Verius tamen est, plura ex his, quæ Mahumetum ignorabat, Mahumetum ex Thalmude

Judgorũ dicitur, et in Alcorane sũ transtulisse.

4. Negat Mahumetus, Deum habere posse prolem, eò quod non habeat uxorem. O preuinum ingenium! Cùm ipsi in suis fabulis sapientiores ostenderũt se Mahumetis, dum Iouem, supremum ipsis Numen, e proprio capite, absque uxoris ope, Mineruam sapientię Deã genuisse, ac protulisse tradiderũt. Sed homo, uxorię tantùm rei peritus; omnia, etiam diuina, ad crassissimę Libidinis suę regulam metiebatur. Et tamen non ignorabat, ut puto, Adam e limo, Heuam uerò ex Adam, sine opera uxoris à Deo productos fuisse. Quomodo uerò Deus prolem gignat: iam superfusissimè demonstrauimus: ut etiam in Prolegom. §. 3.

5. Immiscet, more suo Impostor, ueritatis suę erroribus quędam partim ad supremum Judicium et Gehennã, partim ad diuinę prouidentię opera spectantia, quò facilius ad suam impietatem sub pietatis larua traharet incautos. Mira uerò est illius impudentia, dum pronunciat (et quidem uerè) nullum esse iniquiorem illo, qui de Deo mendacia comminiscitur, et ab eodem sibi aliquid reuelatũ fuisse falsò affirmat: et tamen ipse, qui in hoc maximè peccat, plura contra Deum mentiens, et ficty reuelationes euulgans, non erubescit se pium, ac iustum uendicare.

6. Falsò affirmat Mahumetus, Meccanos claras probationes habuisse à Deo ueritatis sectę suę: neque enim illam miraculis ullis, neque sacrorũ Librorũ testimonijs, neque probabilibus saltem rationibus confirmare potuit, ut uidimus.

7. Qui

7. Dum Mahumetu fingit predici sibi Deo infideles audiendo lectionem Sternani, credituros ipsum sedulam operam navasse sacris litteris: uideq; proxtu vocari. Primo enim omnia alia presefert Alcoranus in Author, quam peritiam uel studium sacrarum litterarum. Deinde cum Mahumetu legendi scribendique esset prorsus ignarus: qua conscientia dixisset sibi, infideles credituros se sacris literis sedulam operam navasse, Deumque hanc in infidelibus deceptionem approbasse? Frivola uero, et omnino impertinens est illa Jetalij explicatio: quando viderint euentum sacri. Neque enim sic aliquid predicit, sed tantum commendat Alcoranu

8. Quamuis absque ullo errore Deus dicere posset: Si Deus uoluisset, homines idolo non coluissent: poterat enim homines non creare: uel creatos tali gratia preuenire, ut idolo non colerent: Nihilominus modus ille loquendi, maxime tam frequens in Alcorano, male sonat: uidetur enim Deum facere Authorem peccati: in quo sensu d Mahumeto et Mahumetanis accipi, alibi ostendimus

9. Quilibet sua Mahumetu ne contumelioze tractent deos ethnicos, ne eo loc ansam illi arripiant contumelioze tractandi Deum uerum: nam unicuiq; secte Deus speciosum facit opus suum, ideoq; religionem suam: itaut unaquaeq; gens uerum existimet

† et in: illu' refundere culpam hominum in cultu deor.

religionem suam, donec Deus in die Judicij, cuius nam uera fuerit religio demonstret. Sic Finkey hic §. 108. Verùm sacrarum Scripturarum exemplo contrarius omnino docent: in quibus legimus de Pharaone, et Sancti Viri fola gentium probris et contumelijs affecti, nihil ipsis curantibus, quod illi uerum Deum iniuriosis conuicijs lacesserent, quem alioqui Deum uerum non agnoscebant. Illud uerò sine summa impietate dici non potest, quod sic Deum asserere Muslimi fingit Mahumetes: nempe de se speciosam faciat, seu ut habet Arabice زين لامة unicuique genti religionem seu sectam significat: neque usque ad diem Judicij se manifestè ostenturum, cuius nam uera fuerit religio. Repugnat hoc prorsus Diuinæ Prouidentiæ, et animam præcipuæ cuique sectæ perseuerandi in errore suo. Hiccius requisitus Mahumetes de aliquo miraculo à Meccanis: excusat se, respondendo, miracula ad Deum spectare: Deo uerò Deum illa non facere, quia præuideret ipsos etiam uisis miraculis non credituros: ideo uerò non credituros, quia Deus auerteret corda et oculos eorum ne à ueritate, nec uellet eos credere: sicut (inquit) non crediderunt in illud primum uice. Quid sit autem illud in quod non credidere unt non constat ex Alcorano. Jelal credit fuisse aliquod miraculum. Sed cum miraculum Arabice dicatur آية sit quæ generis fœminei, debuisset suffixum pronominale illius illud, ها: non autem ه in genere uirili.

Quam-

Quamobrem cum stupeny & huiusmodi assixum mira-
culum, ubi nihil precesserit ad quod referatur, semper
intelligunt Expositores Alcorani, uel Mahumetu?
eodem modo etiam hic intelligendum est. Aliquis
turpiter sibi contradiceret Mahumety. Nam si ideo
Deus non facit miracula, quia pregnider infideles non
credituros, quia non uult ipse ut credant: cur fecit
miraculum illud, in quod preguidebat ceteros non re-
dituros, nec ipse uolebat ut crederent? Patet igitur
Mahumetum nullum unquam miraculum fecisse,
nec facere potuisse. Vide que supra circa dicta
sunt

10. Affirmat impudenter, eos, quibus traditus fuit Euange-
lium, uel etiam Euangelium (nam Libri nomine in Alco-
rano sacre omnes Scripture intelliguntur) scire, Alcoranu
uere a Deo traditum fuisse: cum tam Judei, quam Christi-
ani certissime sciant Alcoranum esse figmentum diaboli
ad miseros mortales decipiendos

11. Protestatur hic, et alibi Impostor, se non esse procu-
ratorem Infidelium: credant, uel non credant, nihil ad se
pertinere: eorum conuersionem, esse negocium Dei. Sed
hec omnia ~~retractata~~ reuocat, ac irrita declarat in
sura السيف nempe, de Gladio. Vide alibi dicta

12. Saltat prorsus extra chorum Mahumetus, dum post
inculcatam Infidelibus Alcorani ueritatem ex testimonio,
quantumuis ~~falso~~ mentito, Sacrarū Scripturarū: conclu-
dit §. 118. Comedite igitur ex eo, super quod comme-

morati est nomen Dei, si ertis in signa diuy credentes. Omnia sunt in Alcorano scripta, atq; ineptissime disposita. Erat uero res tanti momenti comedere carnes eorum animalium, super quę dum macta rentur, inuocatum fuerat nomen Dei, et hinc totum fidei Mahumetanę negocium dependeret; et necesse esset tam multa de hoc, et de cibis licitis, et illicitis percipere; presertim cum ciborum licitorum et illicitorum discrimen iam diu per Euangelica lega sublatum fuisset!

Textus Alcorani

136. Et constituerunt Meccani Deo ex eo, quod produxit de satis, et pecoribus portionem; et dixerunt: Hoc debetur Deo; dicentes hoc, iuxta opinionem suam: et hoc debetur Socijs nostris [i. dijs nostris]. Quod uero erat debitum Socijs eorum, non perueniebat ad Deum: quod autem erat debitum Deo, hoc perueniebat ad Socios eorum. a Vah quod ciuca hoc iudicant.

a. malum est

137. Et ita adornauerunt multis ex Associantibus eydem filiorum suorum Socijs eorum, ut perderent eos; et ut uestirent super eos religionem ipsorum. Et si uoluisset Deus, non fecissent hoc: relinque ergo eos, et id quod blasphemè mentiuntur ne curęs.

138. Et dixerunt: Hęc pecora, et sata, prohibita sunt: non uescetur illis, nisi is quem uoluerimus; pronuciantes hoc ex opinione sua. Et sunt pecora, quorum prohibita sunt dorsa ad onera ferenda, et equitandu. Et sunt pecora, super quę non commemorant Nomen Dei, dum mac-

tantur

tantur, mendacium irrogando illi. Retribuet eis Deus mercedē propter id quod falso pronunciant contra eū.

139. Et dixerunt: Sed quod dt in udntribus horum pecorum, licitum est maribus nostris, et prohibitum uxoribus nostris. Quod si fuerit mortuinum, ipsi eius participes sunt. Rependet eis Deus mercedem propter dictum ipsorum: ipse quippe dt sapiens, sciens.

140. Jam male pdierunt qui occiderunt filios suos stulte, sine scientia; et prohibuerunt id quod in alimentū tribuit illis Deus, mendacitēr loquendo de Dēo. Jam errauerunt; nec fuerunt directi.

141. Et ipse est, qui produxit hortos sedentarios [i. olerum, cucumerum t]; et non sedentarios [i. palmarū, et maiorū plantarū]: et palmas, et sementem, cuius uarietas est cibus: et oleas, et mala punica; similia inter se, et dissimilia. Comedite de fructu eius eorum cum fructificauerint, et date debitum eius [i. decimas, uel elemosynas] in die messis eius; et ne excedatis [i. ne detis plusquam necessarium dt familijs uestris]: nam ipse non amat excedentes.

142. Et ex pecoribus quedam sunt apta ad onera ferenda, et quedam ineapta ad portandum. Comedite ex ijs, que in alimentum prebuit uobis Deus; et ne sectemini passus Satane; ipse quippe est uobis hostis manifestus.

143. Octo paria ex pecoribus dicunt Meccani prohibuisse Deum. Ex ouibus duo paria, masculum et feminam: et ex caprris duo paria, masculum et feminam. Die illis: Ut-

sine masculos prohibuit Deus, an duas feminas? an quicquid
continent uterus duarum feminarum, sive masculum sit,
sive femina? Enarrate hoc mihi cum scientia, si estis
veraces?

144. Et ex camelis prohibuit duos; et ex bobus duos. Dic: An
duos masculos prohibuit, an duas feminas? an quicquid con-
P: 10 V tinent uterus duarum feminarum? An fuistis testes, cum pre-
202 ceptum dedit vobis Deus de hoc? Quis porrò est iniquior, quàm
qui comminiscitur de Deo mendacium, ut errare faciat
homines sine scientia? Certè Deus non dirigit homines
iniquè agentes.

145. Dic: Non invenio in eo quod revelatum fuit
mihi, prohibitum gustanti, qui gustet illud, nisi sit mor-
ticinum, aut sanguis fusus, aut caro porci: hoc enim est
immundities: aut prophanum, super quod invocatum
sit nomen alieno, quam Dei. Porrò qui necessitate com-
pulsus fuerit ad hæc comedenda, non ducens cupidita-
te, neque transgrediens [i. animo transgrediendi]: pro-
fectò Dominus tuus erit illi, indulgens, misericors.

146. Et illis, qui sunt Judei prohibuimus omne habens
ungulam F non fissam F; et ex bobus, et ovibus, prohibui-
mus eis adipem utrorumq: præter eum quem ferunt
terga eorum, aut viscera; aut eum, qui commixtus est
cum osse; qualis est in cauda. Hæc rependimus illis
propter improbitatem eorum: et profectò nos sumus
sanè veraces.

147. Quòd si mendacij insimulaverint te: Dic:
Domi-

dominus uester predilexit et misericordia ampla; et non auer-
tetur ira eius ab hominibus scelestè agentibus.
148. Dicent illi qui associauerunt: si uoluisset Deus, non
associauissemus nos, neque patres nostri; et dicent, quòd nos ipsi
non prohibuimus quidquam. Ita mendacij irrisimulauerunt pro-
pheta suos, illi qui fuerunt ante eos, donec gustauerunt pe-
nam nostram. Dic: An est apud uos aliquid scientiæ de hoc
quod dicitis, ut manifestetis eam nobis? Non sequimini,
nisi opinionem; et uos tantummodò mentimini.
149. Dic: Dei igitur erit probatio huiusmodi absolutissima:
quòd si uoluerit, sanè dirigit uos uniuersos.
150. Dic: Adducite testes uestros, qui testificentur, quòd
Deus interdixerit hoc, quod uos prohibetis. Quòd si testifi-
cati fuerint hoc; ne testificeris tu cum iis; neque secte-
ris desideria eorum, qui mendacij corrupuerunt signa nostra,
et qui non credunt in alteram uitam; et ipsi cum Domino
suo coæquant alios deos.
151. Dic: Venite; legam quid prohibuerit Dominus ue-
ster uobis. Prohibuit, ne associetis cum eo quidquam: et pre-
cepit uobis parentes beneficentiam; et ne occidatis filios
uestros ob timorem paupertatis. Nos alimenta præbebimus
uobis, et illis; et ne approximetis rebus nefarijs, quæ per se
tantes quod manifestum est ex illis, et quod occultum est:
et ne occidatis animam, quam prohibuit Deus, nisi cum
iustitia. Hoc præcepit uobis, ut uos intelligatis.
152. Et ne attingatis facultates orphani, nisi per id, quod
sit melius illi, donec perueniat ad ætatem suam firmã:

et completè modium, et stateram cum equitate. Non grauabimus animam, nisi iuxta capacitatem suam. Et cum dicetis aliquid, iustitiam seruate, uera loquendo. Et si fuerit iunctus propinquitate eum eo, pro quo, uel contra quem loquimini, et cum pacto Dei, [i. cum iuramento]: satisfacite. Hoc præcepit uobis Deus; ut uos commonefieremini

153. Et dicit uobis Deus, quod hæc est uia mea recta: sequimini ergo eam: et nè sequamini semitas ei contrarias, ne fiat separatio in uobis à semita eius. Hoc præcepit uobis, ut uos timeretis illum

Imagine trans. itio

154. Deinde dedimus Mosi librum ad perfectionem illius qui bene operatus fuisset, cum obseruando; et distinctionem omnis rei, et directionem, et misericordiæ: ut ipsi [i. Israelitæ] in occursum Domini sui credent

155. Et hic liber [i. Alcoranus], quem demisimus, est benedictus: sequimini ergo eum, et timete Deum, ut uos misericordiam consequamini.

+ eo quod dicturi essetis.

156.+ Ne diceretis, nisi dum demissus esset: Profectò demissus fuit Liber [i. Pentateuchus, et Euangelium] ad duas gentes [nempe Iudæos, et Christianos] ante nos: Et nos quidem fuimus in studio lectionis eorum negligentes, ob

a Et si

ignorantiam idiomatis eorum

Aut

157. ne dicaretis: Nos certè, si demissus fuisset super nos liber, certè fuissemus directiores illis. Iam porrò uenit ad uos declaratio à Domino uestro, et directio, et

et misericordia. Quis uero est iniquior, quam qui mendacium fingit in signis Dei, et longe recedit ab eis. Postremum eis qui longe recesserint a signis mortis, malum pene est quod longe recesserint ab eis. * An expectant Infideles, nisi ut ueniant ad eos Angeli ad auferendas animas eorum: aut ueniat Dominus tuus ad eos puniendos: aut ueniat aliquod signorum Domini tui, ad proximam Judicij diem pronunciandam? Die, quod ueniet aliquod signorum Domini tui [ut ortus Solis ab occidente] non prodesset animae fidei eius, nisi credidisset antea, aut operata fuerit in fide sua bonum. Dic: Expectare: nos certè expectauimus

159. Qui uiuerint religionem suam, et fecerint secundum: ne sis ei in scrupulo: * uidelicet negotium eorum spectat ad Deum. Tum enarrabit eis in die Judicij id quod fecerunt

160. Qui uenerit cum bono opere, ipsi rependetur decuplum pro bonitate eius. Et qui uenerit cum malo opere, non rependetur illi nisi par malum eius: et ipsi non tractabuntur iniuste

161. Dic: Ejusdem direxit me Dominus meus in uiam rectam.

162. Religionem probam, rectam Abrahae Orthodoxi: et ipse non fuit ex Associantibus.

163. Certè oratio mea, et cultus meus, et uita mea, et mors mea dicata est Deo Domino mundorum

164. Non est illi socius: et hoc praeceptus sum

+ [1. recipiet mercedem eius in decuplum]

a. rectam

b. Mundorum

misi: et ego cum primus Hierosolymorum
165. Hic: An pugnet Deum operabo Dominum: et
ipse est Dominus omnia rei? Et non operabitur
omnis anima malum nisi contra scipsum: et non
poterit pontus, pondus alterius. Deinde Ad Br-
minum uestrum erit reditus uester; et enarrabit
uobis id in quo discordes fuerit
166. Et ipse est qui posuit uos generationes
succedere terre: et extulit alios uestrum supra alios
gradibus, ut probaret uos in eo quod dedit uobis. Cor-
Dominus tuus uelox est in puniendo: et nunc ipse
est prorsus indulgens, misericors.

Note.

136. Et constituerunt] Nimirum Mecani; ut ait hoc loco
Selat; destinabant ex segetibus, et pecoribus suis
نصيبًا لله وللضيفان والمساكين نصيبًا ولشركايهم نصيبًا يصرفونه الى سدنتها: ..صرفوه
unam partem Deo; unam hospitibus, et pauperibus, et unam
idolis suis, quam tradebant custodibus Templi sui. Si
quid uero excesisset in portione Dei, adiungebant illud
portioni idolorum; non tamen si quid in horum portio-
ne excedisset, portioni Dei debite adiungebant.
* ut quæstuerint super eos] Selat: ut commi-
serint, et confunderent erroribus.
145. sanguinis fusus] Arab. دما مسفوحا. Explicat Selat.
سايلا بخلاف غيره كالكبد والطحال
fluidus, ex opposito illius
qui non est fluidus, cuiusmodi est splen, et iecur.

154. Deinde dedimus.] satis insulsè hoc loco Gelal notat: وثم لترتيب الاخبار particula deinde ponitur ad ordinem consecutionum narrationum. Mihi verò videtur esse prorsus eyeva omnem ordinem. Sed quis quærat ordinem in Alcoranu, in quo plurima confusio reperitur.

165. et non portabit portans] nempe anima peccatrix, quæ peccatis onerata est.

Refutatio

1. Notanda iterum verba illa: et si voluisset Deus, non fecissent hoc. Ad quid verò totiès asserere, hominès non peccare, nisi volente Deo: nisi ad persuadendū ijsdem hominibus, ipsos necessariò peccare, et Deū esse authorē peccatorum? Vide quæ superius dicta sunt. Nulla certè utilitas provenire potest peccantibus ex eo quod sciant, se non peccaturos si Deus nolit: ex hoc enim quilibet arguere poterit: ideò pecco, quia Deus vult me peccare: esto aliud sit: si vellet Deus, non peccarem; et, pecco, quia Deus vult me peccare. At in communi modo loquendi, hæc duo æquiparantur: si tu voluisses, non evenisset mihi hoc infortunium: et: ideò evenit mihi hoc infortunium, quia tu ita voluisti.

2. Affirmat Illa Sumeius, se non vegetire in surrē- straminey
dationibus, aliquid sibi à Deo prohibitum, quoad cibum, nisi morticinum, sanguinem fluidum, carnem porcinam, et idolothytum: Jam supra ostendimus absurditatem huius prohibitionis: ideò hic eadem non repetes. quid

uero dicemus deijci; qui Iudicia a Deo prohibita fuisse
pronunciat? Duo tantum ex plurimis commemorans,
nempe animalia solidungula, seu ungulam fissam
non habentia: et adipem bouum et ouium, preter eum
quem habent tergo aut uiscera, aut qui cum ijs com-
mixtus est, qualis in cauda reperitur. Audiamus uero
hoc Lentaeuclo conforme sit. In libro Leuitici cap. 3.
v. 17. ita legimus. Statutum perpetuum erit per gene-
rationes uestras in cunctis habitaculis uestris: omne
adipem, et omnem sanguinem non comedetis. Et in
eodem cap. iubetur sacerdos, offerre Domino adipem
omnem operientem intestina, et adipem renum, qui
est iuxta lumbos, et supra ilia; quando bous immo-
latur. Et eodem modo quando immolantur oues, seu
agni, precipit Deus offerri sibi adipem earum, cau-
dam integram; adipem omnem operientem intestina,
et renes, et ilia. Itaque precipitur quando caprę
immolantur. Vide utrum Lentaeuclus cum Mo-
se conueniat, an uero illi diametro aduersetur.
In eo tandem se insulsum ostendit Mahumetus,
quod hanc Dei prohibitionem Iudeis factam fuisse
asserat in penam بغيهم improbitatis, iniquitatis, et
transgressionis eorum. At suum ipsius obsequium, et
ad Israelitarum obedientiam exercendam, non uero ad
eorum iniquitatem puniendam, Deum ista prohibuis-
se ueritatis est

B: Tactat Imperator Iosuiste primum Mosis librum.

qui

qui religionem illaq; profitierentur. Hoc uero ma-
gnum esse mendacium, iam supra satis ostendimus

سورة الاعراف مكّية
مايتان وستّ آيات

SVRA VII.

ALARAPH.

Meccana:
ducentorum ac sex com=
matum.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A.L.M.S.
2. Liber missus fuit ad te: (ne ergo sit in pectore tuo angustia ex eo; quod timeas illum vulgare;) ut commineris per illum Infidelibus, et ut sit monimentum fidelibus.
3. Sequimini quod demissum est ad vos a Domino ves- tro: et ne sectemini præter eum patronos alios. O quam *a pauci commonefitis
4. Et quot ex Vrbibus perdidimus: venitque ad eas pœ- na nostra noctu; uel dum ipsi essent meridie dormi- tes

*a parum

5. Et non fuit deprecatio eorum pium uenisset ad eos
supplicium nostrum, nisi prius dixerunt: Certè nos
fuimus iniqui
6. Et quidem rationem exigemus ab ijs, ad quos fac-
ta est missio legatorum: et profectò rationem exige-
mus à legatis, qui missi fuerunt
7. Et quidem narrabimus illis cum scientia quod
fecerunt: non enim fuerunt absentes
8. Et pondus operum die illa erit a iustum *: et cuius
graues fuerint bilances bonis operibus, illi erunt felices.
9. Cuius uerò leues fuerint bilances, hi sunt qui
eum perdiderunt animas suas, eo quod in signo-
rabo iniquè se gesserint
10. Et iam quidem collocauimus uos in terra; et pa-
scuimus uobis in ea uictualia. O quam *b parum gratias
agitis.
11. Et iam quidem creauimus uos: deinde formaui-
mus uos in Adam: deinde diximus Angelis: Adora-
te Adam: et adorauerunt. Sed Cobis non fuit ea ad-
orantibus
12. Dixit illi Deus: Quid retinuit te, ne adorares,
cum tibi præcepissem? Respondit: Ego sum melior
illo. Creasti me ex igne; et creasti illum
ex puluere.
13. Dixit illi Deus: Descende ergo ab eo [i. Paradiso]
Non enim est tibi conueniens, ut superbias in eo: egre-
dere ergo: certè tu ex iis es qui uilis.

14.

P 47
208

a *iustitia

b *pauci

14. Respondit Satis: Expecta me usque ad diem
in qua lumina reuisentur.
15. Dixit illi Deus: Certè tu evis ex expectatis.
16. Respondit Satis: Ob id quod decepisti me, ex-
te obediendo illis [i. hominibus] iuxta tuam sectam.
17. Iam sanè veniam ad eos à parte anteriori eo-
rum, et à parte posteriori eorum, et à dextris eorum,
et a sinistris eorum: et non inuenies plerosque eorum
gratias agentes.
18. Dixit illi Deus: Egredere ab eo, contemptus, et longè
19 abactus a misericordia mea. * Certè qui sequutus fuerit
te ex illis, sanè implebo Gehennam ex uobis uniuersis.
20 19. Et, o Adam, habita tu, et uxor tua, Paradisum; et come-
dite undecunq; uoluerit is; at ne approximguetis huic
arbori, ne sitis ex iniquis.
21 20. Et insusurrauit ubiq; Satanas, ut apparere face-
ret eis, quod occultatum fuerat ab eis de pudendis
eorum: et dixit: Non prohibuit uobis Dominus uester
hanc arborem, nisi ne effetis duo Angeli, aut ne effetis
ex perpetuo uiuentibus.
22 21. Et iurauit eis, dicens: Certè ego sum uobis ex
sanè ex vectè consulentibus.
23 22. Et deiecit eos per fallaciam. Cumq; gustassent ar-
borem, apparuerunt illis pudenda eorum: et ceperunt
consuere super se de foliis Paradisi. Et inclamauit
ad eos Dominus eorum: An non prohibueram uobis hanc
arborem: et dixeram uobis: Certè Satanas est uobis hostis

* quidam hic ponit signum 19. et mox pro 19. ponit 20.

manifestus

24 23. Respondérunt: Domine noster, iniquè tractabimus animas nostras: et si non peperceris nobis, et misereris fueris nobis, profectò erimus ei peremptibiles

25 24. Dixit illis Deus: Descendite, alius vestrum alij hostis: et nobis erit in terra habitatio, et usus usque ad tempus.

26 25. Dixit: In ea viuetis, et in ea moriemini, et ex ea in die resurrectionis educemini.

27 26. O filij Adam, iam demisimus huic nostrum amictum, qui cooperiret pudenda nostra: et uestrem petebamus: sed amictus pietatis, hic est melior. Hoc est ex signis Dei, ut ipsi commoneantur.

28 27. O filij Adam, ne seducat uos Satanas, sicut eiecit parentes uestros ex paradiso, auferens ab eis indumentum eorum, ut ostenderet eis pudenda eorum: certè ipse uidet uos, ipso et socij eius de unde non uidetis eos: sed constituimus Satanas protectores eorum, qui non credunt.

29 28. Et cum perpetrauerint turpe nefarium, dicent: invenimus in hac patres nostros: et Deus praecepit nobis hoc. Dic: Certè Deus non praecipit nefarium. An dicitis de Deo quod nescitis?

30 29. Dic: Praecepit Dominus meus iustitiam: et statuite faciem uestram uersus omne Oratorium: et invocate eum purum ~~et rectum~~ ac libentes ei religione: sicut creauit uos ex nihilo; ita restituet uos ad eum, et ad eum reuertemini.

30.

30. Partem ex uobis direxit: et partem uestræ admixtus fuit uitæ ejus error, quia ipsi acceperunt stramina in panem pro Deum, et existimant se esse directos

31. O filij Adam, accipite ornamentum uestrum, quo operiatis obscena partes uestras, propè omne Oratorium, in quo oratum fuit: et comedite, et bibite: et ne excedatis: quippe ipse non amat excedentes

32. Dic: Quis prohibuit ornamentum Dei, quod protulit seruis suis, et res bonas ex uictu? Dic: Hæc debentur illis, qui credunt, in uita mundana; peculiariter die resurrectionis. Sta distinctè pro gentibus signa hominibus, qui sciunt

33. Dic: Certè prohibuit Dominus meus res nefarias; quod appareret ex illis, et quod occultum est; et iniquitatem, et uiolentiam sine iustitia: et ne associetis cum Deo id de quo non demisit potestatem; et ne dicatis de Deo quod nescitis

34. Et omni genti meta præfixa est: cum ergo uenerit meta eorum, non procrastinabunt unam horam, neque præuenient

35. O filij Adam, certè uenient ad uos legati mei ex uobis: exponent uobis signa mea: quicunque timuerit Deum, et correxerit opera sua, non erit timor super eos, neque ipsi contristabuntur.

36. Qui uero mendacij insimulauerint signa mea, et superbè recesserint ab eis: illi erunt

sacij Ignis: ipsis in eo perpetuo manenti

38 37. Quis uero est iniquior, quam qui communiscitur
De Deo mendacium, aut falsitatem fingit in sigmij
eius? Sic continget portio eorum ex bonis huius
mundi, ex Libro [i. qui scribitur fuit illi in libro,
seu Tabula seruata apud Deum, in quo omnia
scripta sunt] quoadusque ueniant ad eos legati
nostri [i. Angeli mortis], qui defungi facient
eos. Dicent illis: Vbi sunt, quos inuocabatis pre-
ter Deum? Respondebunt: Abscondenunt se a
nobis. Et testes erunt contra animas suas, quod
ipsi fuerunt infideles.

39 38. Dicet illi Deus in die resurrectionis: In-
gredimini cum gentibus, que iam prece fuerunt
ante uos ex Jenijs, et hominibus in Ignem. Quotie-
cunque ingressa fuerit unaquaque gens in Ignem, male-
dicet sororem suam [i. aliam gentem anteriorem
a qua seducta fuit], donec intrauerint una post
aliam in eum omnes. Dicent extremi eorum primis
eorum [i. a seculo sectarijs]: Domine nostre, hi se-
duxerunt nos: da ergo illis penam duplicatam ex
Igne. Respondebit Deus: Omnibus est duplica-
ta: sed uos hoc ignoratis

40 39. Et dicent primi eorum extremis eorum [i.
Sectarijs a seculis]: Non ergo est uobis supra nos
quid amplius: nam uterque grex sumus in uno.
Gustate ergo supplicium ob id quod fecistis.

40

+1 40. Certò qui mendacia commenti fuerint in vigilijs
mortis, et superbè receperint ab eis; non aperiendo
illis portæ Cœli, neque ingredientur Paradisum, do-
nec penetret camelus per foramen acus: et ita cœmi-
neribimus scelesta parantes

+2 41. Ipsis erit ex Gehenna lectulus; et de ignis eo
erunt operimenta ex igne: et ita remunerabimus
iniqua agentes

+3 42. Qui verò crediderint, et fecerint recta (non
grauabimus animam præceptis, nisi iuxta capa-
citatem eius), hi erunt socij Paradisi: ipsi in eo
perpetuò commoraturi.

+4 43. Et abstrademus quod erat in pectoribus eo-
rum de simultate, quam nutriebant inter se,
dum essent in mundo. Current sub ipsis flumi-
na, et dicent: Laus Deo, qui direxit nos ad hoc:
et non fuissemus apti ex nobis, ut dirigeremur,
nisi direxisset nos Deus. Iam quidem uenerunt
Legati Domini nostri cum ueritate. Et inclama-
bitur illis: iste est Paradisus, quem hereditate
accepistis ob id quod operati estis

+4 44. Et clamabunt socij Paradisi ad socios I-
gnis: iam inuenimus quod promisit nobis Dominus no-
ster esse uerum: an ideò inuenistis uos etiam quod pro-
misit Dominus uester, esse uerum? Respondebunt: Si-
que. Et clamabit pręco inter eos: maledictio Dei sup ini-
quos,

46 45. qui auertunt homines a semita Dei, et gyrum eam diuertere: et ipsi alteram uiam abnegantes

47 46. Et inter utrosque erit uelamen [i. inter beatos et damnatos]: et super Mlaraph stabunt uiri, qui cognoscent omnes illos ex signis eorum; et clamabunt ad habitatores Paradisi: Pax uobis. Non tamen intrabunt in eum, et ipsi nihilominus auide cupient intrare

48 47. Cum autem conuersi fuerint aspectus eorum ergo socios Ignis, dicent: Domine ne reddas nos cum gentibus iniquis

49 48. Et clamabunt socij Mlaraph [i. qui stant sup Mlaraph] ad uiros quosdam positos in igne, quos cognoscent ex signis ipsorum, et dicent: Quid profuit uobis congregatio uestra opum et familiæ, et quod uos ipsos in superbiam efferebatis?

50 49. An istis, quos iurabatis, quod non susceptura esset Deus eos misericordia sua non dictum est nunc: Ingredimini Paradisum: non timor super uos erit, neque uos contristabimini.

51 50. Et clamabunt socij Ignis ad socios Paradisi: Effundite super nos aliquid ex aqua, aut ex eo quod prębuit in alimentum uobis Deus. Respondebunt illi: Certè Deus prohibuit utrumque pro infidelibus,

52 51. qui acceperunt religionem suam in ludum et iocum; et decepit eos uita mundana. Itaque hodie obliuiscemur eorum, sicut ipsi obliti sunt occursus diei huius, et sicut signa nostra abnegauerunt.

52.

§2. Et iam quidem attulimus illis [i. Meccanis] (cæui, §3 P. 6 Y
[i. Alexandrum]: destinauimus illum cum scientia (ad di- Ps 270.
lectionem), et misericordiam seminibus qui credunt
§3. An expectant (nisi interpretationem eius? [idest 54
euentum eorum (malorum que predixit]. Die quaue-
niet interpretatio eius [i. die (resurrectionis] dicent
ij, qui obliti fuerant eius antea: Iam uenerunt lega-
ti Domini nostri cum ueritate. An ergo erit nobis
aliquis de intercessoribus, ut intercedant pro nobis?
An ueri (restituemur in (mundum, ut operemur diuer-
sum ab eo quod operabamur? Iam perdiderunt ani-
mas suas: erpugit eos [i. oblitisunt] id quod impiè
(comminiscebant)
§4. Certè Dominus uester est Deus, qui creauit Cælos, 55
et terram in sex diebus: deinde conscendit super Thronum?
facit ut cooperiat (nox diem: inseguitur illum [i. die
nox] festinanter; et creauit solem, et lunam, et stel-
las humiliter subiectas imperio eius. An non ipsius
sunt creaturæ et Imperium? Benedictus sit Deus
Dominus a sæculorum. a. Mundorum
§5. Inuocate Dominum uestrum cum supplica- 56
tione [i. palam], et occultè: ipse quippe non amat
transgredientes [nempe nimium uocem eleuando in in-
uocatione]
§6. Et (ne corrumpatis terram post instaura- 57
tionem eius: et inuocate eum cum timore et spe:
nam misericordia Dei propinqua est benefacientibus.

58 57. Et ipse est qui mittit uentos nuncium faustum ante misericordiam suam, quousque portauerint nubem grauidam quam eduxerimus ad regionem mortuam [i. aridam]; et deuehere faciamus ex ea aquam, per quam producamus ex omnibus fructibus. Ita egredi faciemus mortuos e sepulcris suis; ut uos commoneſiatis.

a. et regio bona egredietur germen eius

58. a Et ex regione bona egredietur germen bonum per uoluntatem Domini sui: et ex ea, quæ fuerit mala, non egredietur nisi malum, et exiguum. Ita explicamus signa hominibus, qui gratias agunt.

Titulus Surę est الاعراف Alaraph: quæ ex quib significet, suo loco dicemus. Est autem Sura Meccana; non nulli tamen excipiunt quinque uel octo uersus, quorum primus est, واسئلهم عن القرية Et interroga eos de Pre. ceteri uero, qui huic immediatè sequuntur. Versus habet quinque uel sex supra ducentos. Argumentum Lectoris est: من قرء سورة الاعراف جعل الله يوم القيمة بينه وبين ابليس سترا وكان ادم شفيعا له يوم القيمة، Qui legerit Suram Alaraph, ponet Deus inter eum, et inter Diabolum in die Resurrectionis uelamen. Adam uero erit pro illo intercessor in die Resurrectionis

1. A.L.M.S.] Quid hi singulares characteres significent, Doctores Mahumetani se ignorare ingenuè fatentur. Quare Celal eorum doctissimus scribit hæc, ut alibi: بذلك الله اعلم مراده: Deus optimè nouit, quid sibi in his uoluerit.

8. et cuius

8. Et cuius grandes fuerint bilances]. De his bilancibus seu stateris, plura fabulantur Moslemi, tanquam de materialibus, ueris q. instrumentis ad ponderandum. Audi Algazelum in Professione fidei Mahumdanæ:
ويومن بالميزان ذى الكفتين واللسان وصفته فى العظم انه مثل طباق السموات والارض توزن فيه الاعمال بقدرة الله: et credere debet [Moslemus] esse stateram habentem duas lances, et linguam [i. examen]; de qua asseritur esse tam ampla, quanta est superficies Cæli et terræ: et trutinabitur in ea opera & parentiam Dei

11. Et iam quidem creauimus uos]. Recapitulatio. Vide hic eadem supra sub 2.

13. Descende ergo abs eo] nimirum, ut explicat Jelal: من الجنة وقيل من السموات a Paradiso: uel iuxta aliorum explicationem a Cælo. Putant quippe Mahumetani, Paradisum hunc Adamicum in septimo Cælo reperiri

14. Apparuerunt illis pudenda eorum]. Scribit Jalalaeddin eodem indumento crinium, seu comarum ab suis mediæ partem tectos fuisse, et addit: قال رسول الله ص كان ادم رجلاً طوالاً كانه نخلة سحوق كثير شعر الراس فلما وقع بما وقع بدت له عورته وكان لا يراها قبل ذلك فانطلق هاربًا فى الجنة فاخذت شجرة من شجر الجنة براسه فقال لها ارسلنى فقالت فمرسلك فناده ربه يا ادم أمنى تفر قال يا رب استحيك. Dixit Legatus Dei Mahumetus: Erat Adam valde altus, udus palma sublimis, coma plurima in capite præditus: cumq. accidisset in peccatum, quod commisit, apparuit ei membrum pudendi sui, quod non uidebat antea. Abijt igitur fugiens per Paradisum; cuius quidam arbor-

apparebendit eum & caput. At ille dixit ei: Dimitte me. Respondit autor: Et dimitte te. Vocauitque eum Dominus suus dicens: Mene fugis? Respondit Adam: Domine mi erubescebam a te uideri

P. 7 Y

17. Iste uidet uos, unde non uideris. Huius rei causam tribuit Jelal, القوائهم او عدم للطاقة اجسادهم subtilitati ac tenuitati corporum eorum: uel quia colore carent.

No 271.

31. Accipite ornamentum uestrum] Jelal: ما يستر عوراتكم quod cooperiat pudenda uestra. Hoc autē precipitur عند الصلاة والطواف: quando orandum est, aut Templum Meccanū circumeundum: nam, teste Alhazano: كان اهل الجاهلية يطوفون بالبيت عراة: Meccani ethnici circuibant Delubrum nuodi.

39. Non erga est nobis supra uos quid amplius] Afferunt Zamchaxerius Lucem obscurę huic loquutioni: عطفوا هذا الكلام على قول الله تعالى للسفلة لكل ضعف. اى فقد ثبت ان لا فضل لكم علينا وانا متساوون فى استحقاق الضعف: Referunt hec uerba ad id quod dixerat Deus ultimis: Omnibus est pena duplicata. Ac si dicant: Jam constat uos nihil habere amplius quam nos: et nos pares esse uobis in duplici pena commercenda

40. Non aperientur illis portę Celi] nimirum, ut explicat Jelal: اذا عرج بارواحهم اليها بعد الموت فيهبط بها الى سجين بخلاف المومن فيفتح له ويصعد بروحه الى السماء السابعة: cum ascenderint animę eorum in Celum post mortem: sed cadent inde in infimum inferni carcerem, nempe septimum. Econtra Fidelibus aperientur portę Celi: et introibunt animę eorum in septimum Celum; in quo scilicet est Paradisus. Sequentia

quentia autem uerbo: donec generet Camelus & foramen a-
cus, fuerunt ex Euangelio Matth. cap. 19.

46. Et inter Alaraph] Iulius putat idem esse حجاب Ve-
lamen, ac الاعراف Alaraph. Est autem Alaraph, inter
Gelal سور الجنة patria Paradisi, qui scilicet medius est in-
ter Paradisum, et Gelennam seu Tartarum, et utrumque se-
parat, ac distinguit. Ita Interpres in Sabulam uertit Cha-
os illud magnum inter Infernum et Cœlum Aviale fluma-
rium: De quo mentio fit in Euangelio Lucæ cap. 16. Sci-
dum autem est, Mosemos credere Paradisum esse in septi-
mo Cœlo; Gelennam autem in centro terræ: quod innuit
Iahias hoc loco scribens: لان الجنة فى السماء والنار فى الارض
Nam Paradisus est in Cœlo, Infernus autem in terra. Cor-
ca pavies sic uocat Alaraph a uerbo عرف Araphia,
quod significat cognoscere: quia illi qui stant super
eum, ut ait idem Iahias: يعرفون كلا بسيماهم تفسير قتادة
يعرفون اهل الجنة ببياض وجوههم واهل النار بسواد وجوههم
ex signis ipsorum: et inuento expressionem Cotade, co-
gnoscunt cœlicolas ex candore faciei ipsorum, et gelenni-
colas ex nigrore faciei ipsorum. Porro uiri illi, quos refert Al-
coranus, stare inter Alaraph; sunt inuento Gelal, illi, استوت
حسناتهم وسيئاتهم, quorum opera bona malis operibus eorum mali. Dehinc idem Author ex testimonio Ebn-Ab-
bas, ipsius Mahumeti subit regressio: اصحاب الاعراف قوم
غزوا بغير اذن آبائهم فاستشهدوا فحبسوا عن الجنة لمعصيتهم آباءهم وعن النار
لشهادتهم: وعن عبد الله ابن الحارث قال رسول الله ص ان احدا جبل يحبنا
ونحبه وانه يوم القيمة يمثل بين الجنة والنار يحتسبون عليه اقوام يعرفون

كلًّا بسيماهم هم ان شاء الله من اهل الجنة واصحاب الاعراف هاهنا ملايكة رجالاً:

Illi qui stant sup Alaraph, sunt homines qui in bello pugnauerunt absque permissione parentum suorum, ibique martyres occubuerunt: Detinentur autem ab ingressu Paradisi propter inobedientiam erga parentes: nec detrudantur in ignem, quia martyrium subiere. Refert Ebered Abdallah filius Mareb, Mahumetum Prophetam dixisse: Ohod esse montem quendam, qui amat nos, et amatur a nobis: hunc ueluti ex resurrectionis constitutum inter Paradisum et Tartarum; atque in eo detinendos esse quosdam, qui cognoscant omnes [beatos et damnatos] ex signis ipsarum: hos autem, si Deus ita uoluerit, futuros esse ex electis. Porro si qui dicunt stare sup Alaraph, sunt ἀγγελοι: idest uiri simul et Angeli. Hoc autem impossibile est, nisi Mahumetani admittant mysterium Incarnationis, in quo due nature in una persona, seu suppositi uniuntur

Refutationes.

1. *Nulla ratione potest intelligi, cur in suris, que Mahumeto reuelate fuisse fingunt in Mecca, aliqui uersiculi ex reuelatis in Medina admisceant; et econuerso. Si dicant Moslemi, paucos illos uersus Medinenses in Meccanis insertos, traditos fuisse Mahumeto dum esset in Medina, et conuerso: et deinde suram, que in Mecca fuerat incepta, in Mecca etiam absoluendam fuisse, inserto illis paucis uersibus, qui tempore intermedio in Medina traditi fuerant: Respondeo, id nullo modo*

sieri

fieri potuisse. (Nam, cum plus quam triginta sint
in Alcorano cum hac interpolatione versiculorum;
necesse fuisset, Mahumetum decennio illo, quo fuit
in Medina, tribus saltem in Meccam egressum fuisse, Nº 272
tot scilicet in anno; cum ex historijs Moslemorum con-
stet, nix ter aut quater toto eo tempore illum in Meccam
rediisse. Neque uerò poterat toties hinc inde progre-
di ac regredi, cum Medinam a Mecca decem saltem dierum
itinere distare omnes fateantur. Superest igitur,
ut uersiculi illi casu ac temerè ab Alcorani collecto-
ribus inserti fuerint: ex quo patet Alcoranum librum
esse prorsus confusum, et præposterè consarcinatum.
Huc accedit plures suras dubiam habere inscriptionem,
nimirum مكية او مدنية Meccanam, aut Medinensem. Et
tamen Expositores fidenter asserunt, uerum aliquot il-
lius suræ de qua dubium est utrum Meccana sit, an
Medinensis; Meccanos esse, aut Medinenses. Postremò
peto a Moslemis, utrum Alcoranus sic, quem nunc ha-
bent, idem ille sit, qui delapsus fuit a Throno Dei ad
Elum suum, et traditus Mahumeto, an non? Si ille idem
est; ergo Dei Author erit rei tam confusæ et inordi-
natæ. Sin minus: ergo ipsi non habent uerum Alcoranum!
2. Neque etiam intelligi potest quomodo in omnibus
fere Suris mentio fiat de Alcorano, tanquam libro in-
tegro, et absoluto, quem Mahumetus penes se ab initio
ipsæ suæ prædicationis haberet, quando Meccanos provoca-
bat ad perscribendum Alcoranum simile sibi, quod tal-

tem

tem aliquot suras pares suris illius: et nihilominus aspe
cant Malumetàm, illum e Celo lunę ad Malumetum &
suras et uesiculos, uriam supranuigiti annorum spa
tio transmisisse fuisse. Et quidem diuerse Malume
to, Alcorani sententias nunquam in unum uolumen
collectas fuisse, citra dubitationem est: hoc enim tan
tum modo factum esse potest illius obitum, adhuc
dum imperante. + ~~non longe ante~~ ~~Heraclium~~ ~~diuulgatum~~

+. Verum de hoc fuse et expresse agit. in tractatu de Alcorano, qui est in prima parte Bro-
dromi.

3. De sanctitudine illius singularibus 2 t. C. ff. s. qui
sure presertim, idem dicendum, quod de aliis similibus
iam dictum est: nempe inutile esse, prorsusque ocio
sum, cum inuocatione falsum Deum illorum significa
tionem scire: ceteri uero prorsus ignorent. Hoc tamen
loco diuinare se putauit quidam acutioris ingenij Ma
lumetanus, exponendo eosdem characteres
Deus: Gabriel: Malumetus, nulla quem sit Dei benedictio
et pax

4. Simile absurdum ac ridiculum est, putare, bona uel
mala mortalium opera, materiali aliqua statera in su
premo iudicio esse trutinanda. Bonitas enim ac mali
tia humanorum operum, est quid immateriale, et intellec
tu tantummodo perceptibile. Dicimus ut magnam in lo
cis sacris Mosemi exendant: maiorem tamen in illo
diarum Lanciam portentosa amplitudine demonstrant.
Si enim non solum terre, sed etiam Celi superficiem ac
quant: quomodo in valle Josaphat, seu in alio quolibet
loco, ubi Domini iudicandi sint, accipi poterunt, ac appendi?

5.

5. Iam supra in scena 2.do ad sexcentas, quæ de adoratione Angelorum erga Adam et de eiusdem Ade creatione et peccato Alcoranus fabulas confingit. Illud omiseram, uidelicet Mahumetum sentire, protoplastos, antequam peccarent; genitalibus membris caruisse. Nam uerbum ﻇﻬﺮ non est idem ac بدا, nempe, apparere, ac manifestari, ut exponit Gelal: sed de nouo incipere, et primo esse, uel existere. Et quidem ridiculum est effugium Jakie, ad الشعر ﻇﻬﺮ crines, uel comas implexas, siue intelligat comas capitis, siue crines pubis circa genitalia. Nam si id fuisset, non erat cur pro ijsdem genitalib. tegendis, ad arborum folia recurrerent.

6. Falsum est Protoplastos a Deo interrogatos post peccatum, respondisse confitendo peccatum suum, et misericordiam atque indulgentiam pro eo postulasse. Imo excusauit quantum potuit uterque culpam suam, dum Adam in Heuam, Heua uero in Serpentem illam reiecit: ut patet ex Lib. Genes. cap. 3: neque ueniam ulla, aut misericordiam implorasse leguntur

7. Magnum prorsus figmentum est pariter ille, seu mens, qui Solinen amat, et ab ijsdem amatus, et Paradisum ac Gehennam intermedium disiungit. Quis enim putet, uel Solinen montem amare, uel amari? Porro cum Paradisus, in ortu Solis mensis sit in septimo Cœlo, Gehenna uero in centro terræ: quid opus est ullo intermedio: et quomodo potest pauies hic consistere, uel exsurgitari? si

Mosem symbolice, ac mystice hæc intelligent, præsertim forsan pie nec quicquam explicant. Secundum literam materialiter accipiunt; aut si quis ad allegoriam vel mysterium velit deorquere, impietatis, atque hæreseos notam illi inurant

8. Vii illi, seu Evangeli, qui erant cum Petro Marapol; et neque Lavadisum, neque Jelennam ingrediuntur; et consequens nec felicitate Beatorum fruuntur, nec damnatorum pœnæ torquentur; assentiuntur esse illi, quorum opera bona ac mala, gratia et equalia omnino fuerunt. Verum, quemnam reperias, cuius opera mala ita bonis paria sint, ut nullus utrinque accessus reperiatur. Sed certe id fieri vix evenire: non tamen foret status ille meutralis sive hominum sive Angelorum considerare. Nam in sententia sacrarum Scripturarum, et ipsorum interpretum Mosemorum, sicut foret aliquis, qui plures annos scelestè vixerit, unius diei pœnitentia bonisque operibus peccata omnia delere atque æternam consequi felicitatem: ita qui omnes vitæ suæ annos sanctissimè vixerit; si foret ei unico tantum die vel etiam hora improbitatis lectu fuerit, omnia opera sua perdet, et in gehennam detrudetur, si in eo statu mortuus fuerit. In eo scilicet quod spectat ad salutem, vel damnationem æternam, non tam attendit in quo quis statu vixerit, quam in quo viram absolverit.

Fuez-

Audi Deum ipsum & Ecclesiam Propterea cap. 33. itd sequentem. Justitia Justi non liberabit eum in quocunque die peccauerit: Omnes iusti- ℣/273
fię eius obliuioni tradentur; et impietę impij non nocebit ei, in quocunque die conuersus fuerit ab impietate sua: omnia peccata, quę peccauit non imputabuntur ei. Hoc cum itd sit, certum et indubitatum est non posse hominem aliquem itd uitam absoluere, ut omnes, eque bonus ac malus: debet enim mori uel in statu peccati, uel in statu gratię: et sic status attendendus est ad hoc ut quis eternam salutem consequatur, uel in gehennam pereat. Vide qđ circa hęc dicta sunt in Prodr. p.a. cap. ult. pag. 584 &

§. Non est prętereundum quod §. 52. innuitur, totum Alcoranum, distincte concinnatum et perfectum et celitus traditum fuisse Mecanis hoc tempore, quo nondum Machumetus Medinam migrauerat. Hoc uero aperte pugnat cum eo quod communiter tenent de eiusdem Alcorani traditione: ut in Prolegomenis, et alibi dictum est.

Textus Alcorani

59. Iam quidem legimus hoc ad genteni suam: dixit- 59
que: O populę meus, seruite Deo: non est uobis deus aliquis prętęr eum. Certè ego timeo super uos pęnam diei magnę

60 Respónderunt Principes gentis eius: Per certè uidemus te in errore manifesto 61

61. Dixit ille: O populę meus, non est in me error. 62
Deum tamen ego sum legatus a Domino a seculorum.

a Mundorum?

mandato

63 63. Peruenire facio ad uos epistolas Domini mei, et bene
consulo uobis: nam scio a Deo quod nescitis uos

64 63. An uerò miramini quod uenerit ad uos commonitio
a Domino uestro & uirum ex uobis, ut commineret uo-
bis, et ut timeretis, et ut uos misericordiam consequamini?

65 64. At uerò mendacij redarguerunt eum. Sed libe-
rauimus eum, et eos qui erant cum illo in Arca: et demer-
simus eos qui falsitatis insimulabant signa nostra:
quippe ipsi erant homines ceci

65 65. Et Legatimus ad posteros Ad fratrem eorum. Aud.
Dixit: O populus meus, sequitur Deo: Non est uobis ullus
Deus preter eum: an ergo non timebitis eum?

67 66. Responderunt Primates, qui erant infideles ex
gente eius: Certè nos uidemus te in stultitia: et pro-
fecto nos existimamus te ex mendacibus.

64 67. Dixit ille: O populus meus, non est in me stul
titia: sed ego sum Legatus a Domino a seculorum.

a Mundorum

69 68. Defero ad uos commissiones Domini mei: et ego
sum uobis consilianus fidelis

70 69. An uerò admiramini quod uenerit ad uos commonitio
a Domino uestro & uirum ex uobis, ut predicaret uobis?
atqui mementote, cum peruenit uos successores post gen-
tem Noë, et auxit uos in creatione extensione staturæ.
Recordamini porrò beneficium Dei, ut uos fe-
lices sitis.

P: 2 71 70. Responderunt: Ad ueniens ad nos, ut colamus
da 278. Deum unum, et relinquamus quæ coluerunt patres no-
stri

ueri.3 Deum fac ut ueniat ad nos id quod communis nobis, si ea ex uacibus.

72. Dixit illo: Mox cadet super uos a Domino uestro 72
supplicium, et ira. An disceptabitis mecum de nomi-
nibus Deorum uestrorum, que nominastis uos, et pa-
tres uestri; non reuelauit Deus circa eo ullam facul-
tatem? Atqui expectate ab hoc penam; nam ego eo
uobiscum ex expectantibus

73. Liberauimus itaque eum, et eos qui erant cum 73
eo & misericordiam ex nobis: et abscidimus extremus
eorum, qui fabricatem commenti sunt in signis no-
stris, et non fuerunt credentes.

74. Et ad populum Themud misimus fratrem 74
eorum Salel. Dixit: O populi mi, colite Deum:
non est uobis ullus deus preter eum. Iam uenit ad uos
demonstratio clara a Domino uestro; hec camela Dei
est uobis in signum: dimittite igitur illam ut co-
medat in terra Dei; et ne attingatis eam cum mo-
umento, ne apprehendat uos pena dolorifica

74. Et mementote cum fecit uos successores 75
post gentem Ad; et habitationem dedit uobis in terra,
ut construeretis ex planitie eius arces, et excinderetis
montes in domos. Recordamini igitur beneficiorum
Dei, et ne prauè agatis terram corrumpentes.

75. Dixerunt Primates, qui in superbiam se extu- 76
lerant, e populo eius illis qui erant tenuiores; mini-
mum ipsi qui crediderant ex eis: An scitis quod Salel

missus fuerit a Domino suo? Responderunt: Non certè in id, pro quo missus fuit sumus credentes.
77 76. Dixerunt illi qui in superbiam se se extulerant: Nos porrò in id quod credidistis non sumus credentes
78 77. Et præciderunt pedes cameli, et dejecerunt præcepto Domini sui, et dixerunt: O Saleh, fac ut veniat ad nos id quod comminatus nobis, si es ex missis a Deo
79 78. Et invasit eos terræmotus; et mane apparuerunt in habitaculo suo prostrati ac mortui
80 79. Et recessit ab eis Saleh, et dixit: O populo meus, iam quidem pervenire feci ad vos commissionem Domini mei; et recte consului vobis: Sed vos non amatis recte consulentes
81 80. Et memento Lot, cum dixit populo suo: An perpetratis flagitium, in quo non præcivit vobis ullus ex omnibus a Mundis a seculis
82 81. An accedetis vos porrò accedendo ad viros libidinosè præter mulieres? Atqui vos extra fines homines excedentes omnes hactenus limites
83 82. Sed non fuit responsio gentis eius, nisi quod dixerunt inter se: Ejicite eos ex urbe vestra: quippe ipsi sunt homines qui se puros servant a flagitiis nostris
84 83. Liberavimus itaque eum et familiam eius: Sed uxor eius fuit ex remanentibus in pœna
85 84. Et pluimus super eos pluviam. Vide igitur quomodo fuerit finis sceleratorum

85. Et

85. Et ad gentem Madian legauimus fratrem eorum Scio- 86
aib, qui dixit eis: O populo meus, colite Deum: non est
uobis ullus deus preter eum. Iam uenit ad uos demon-
stratio clara a Domino uestro. Complete itaque modium
et stateram; et ne detrahatis quidquam de iustis hominum
hominibus in rebus eorum: et ne corrumpatis terram post
instaurationem eius. Hoc erit melius uobis, si sitis fide-
les.

86. Et ne obsideatis omnem uiam, ita ut comminemini uiatoribus, et auertatis a semita Dei eum qui cre- 87
diderit in illum, et quaratis eam distorquere. Et me-
mentote cum esse-tis pauci, et multiplicauit uos Deus:
et aspicite qualis fuerit finis corrumpentium terra.

87. Quod si pars ex uobis crediderint in id propter 88
quod missus sum, pars uero non crediderint: patien-
ter expectate donec iudicet Deus inter nos: nam ip-
se est optimus iudicantium.

الجزء التاسع

88. Responderunt Primates qui in superbiam ela- 89
ti fuerant e gente eius: Profecto ejiciemus te, o
Scoaib, et eos qui crediderunt tecum ex urbe nostra:
uel certe redibis ad sectam nostram. Dixit ille:
An etiamsi fuerimus inuiti, reducemur ad eam?

89. Iam ~~blasphemie mentiremur aduersus~~ communi- 90
scemur aduersus Deum mendacium, si redire-mur ad
sectam uestram, postquam liberauit nos Deus ab illa.
Et non est nobis causa cur reuertamur ad illam, ni-
si uoluerit Deus Dominus noster. Comprehendit omni-

mus (nostred) omnem (cm scientia. In Deo confidimus. Do-
mine nostred) iudica inter (nos, et inred) gentem nostra(m)
cum ueritate; nam tu es optimus iudicantium
91 90. Dixerunt autem Limates, qui (uide)re noluerant, e
gente eius: Certè si secretè fuerit, scimus, profectò nos
eum sanè perdit
92 91. Itaque (cum) intrasset eos terremotus, et mane | (a)ppare(n)-
Ca 3 | (cun)t in habitatione sua mortui in genua procumbentes,
Aa/279
93 92. Qui mendacij insimulauerant Scimus, quasi nunquam
subtrahi(s)sent in (cu). Qui mendacij insimulauerunt scimus,
fuerunt ipsi perculsi
94 93. Et (rece)ssit ab eis, et ait: O gens mea, iam quidem
(ue)ruli ad nos commissiones Domini mei; et (certè) conu-
(ic)i uobis: et quamobrem me uoro officiar (tu)is domine
infideles
95 94. Et non misimus in urbe ulla(m) aliquem Prophetas,
quin excipieremus habitatores eius calamitate, et mocumen-
to, ut ipsi sese humiliarent
96 95. Deinde commutauimus loco malis bonum, donec
opulenti facti sunt, et dixerunt: Iam contigit patri-
bus nostris aduersitas, et (pro)speritas, ex causa na-
tura, sicut nobis; non autem ex decreto Dei. Itaque su-
stulimus eos (re)pente, et ipsi non animaduerterunt (pri)us
antea
97 96. Quod si forte habitatores harum urbium credidissent,
et timuissent Deum: certè aperuissemus (tib)i eis be-
nedictiones (cae)lo, et terra. Verum mendacij insimula-
uerunt

uerunt legatos nostros: itaque puniuimus eos ob id quod commeruerant.

97. An ergo securi fuerunt habitatores harum urbium, ne 98
ueniret ad eos pœna nostra ^nostra, et dum essent ipsi
~~audaces~~ dormientes?

98. Vel securi fuerunt habitatores harum urbium ne ue- 99
niret ad eos pœna nostra inuisa, et dum essent ipsi ludentes?

99. An uerò securi fuerunt à dolo Dei, qui eleuauit eos 100
prosperitatibus, et subitò perdidit eos? Ergo non erunt secu-
ri à dolo Dei, nisi homines in perditionẽ euntes?

100. An et non manifestè patuit illis, qui hereditate 101
obtinuerunt terram post habitatores eius iam peditos, quòd
si uellemus peccemus eos pœna in peccatis eorum? Ve-
rum sigillum imprimemus suggerenda eorum, quam-
obrem ipsi non audient

101. Harum urbium narramus tibi aliquot historias. Et ad 102
§9. Quos ex eis in fidem acceperit; deinde infringunt fidem suum qualiter uice, et ipsi non timent Deum;

§10. Sine è deprehendens eos in bello, separa per eos illos qui erunt post eos [i. fac, ut alij qui deinde fe-

Deus recum iniuriæ; discant exemplo gentis eorum fe-

Dera

Dero Iernaro], uc ipsi [i. qui uenient post eos] commo-
nefiant

62. Sive timueris ab aliquibus, cum quibus Deus ineas,
fraudem, ejice ab eis cum panitaco [i. ejice fedus eorum
fan pani vedendo]: nam Deus non amat fraudolentos.

63. Et ne existimēt quod qui infideles fuerunt, quā prgerie-
rint [i. effugerint iram Dei]: quippe ipsi non insuma-
bunt potentiam Dei

64. Et prepara te contra eos quod potueris ex ui militari
et ex lepris equorum, uc metum incutiatis ab hoc hosti Dei,
et hosti uestro, et aliis preter eos, non nostis illos: Deus no-
uit eos. Quod autem impenderitis de eo, pro uia Dei, vege-
detur uobis: et uos non iniuste tractabimini. Quod vincli
maverint ad pacem

64. Quod si inclinauerint ad pacem: inclina ad eam tu
quoque, et innitere Deum: quippe ipse est Au-
ditor, Cognitor

65. Si autem voluerint decipere te: certe sufficientia
tua erit Deus. Ipse est qui roboravit te auxilio suo,
et ex fidelibus [i. auxilio fidelium]

66. Et unionem protulit inter corda eorum. Si impendisses
quod est in terra universum, non protulisses unionem inter cor-
da eorum: sed Deus unionem protulit inter eos: quippe ipse
est prepotens, Sapiens

67. O Propheta: sufficientia tua deus, et qui sequun-
tur te ex fidelibus

68. O Prophete, excita fideles ad prelium. Si fuerint

ex nobis viginti constantes; vincent ducentos. Et si fuerint ex nobis centum; vincent mille ex iis qui sunt infideles; eo quod ipsi sint gens, que non sapiant.

69. Nunc alleviavit Deus a nobis: nam novit quod in nobis est imbecillitas. Quod si fuerint ex nobis centum constantes; vincent ducentos. Et si fuerint ex nobis mille; vincent duo millia voluntatem Dei: et Deus est cum constantibus sustinentibus

70. Non fuit datum alicui Propheta ut essent ei captivi, donec stragem plurimam fecisset in terra ex infidelibus. Vultis accidentale bonum mundi: et Deus vult alteram vitam: et Deus est providens, sapiens.

71. Nisi liber a Deo processisset, qui concederet nobis spolia, et captivos: certè abrogisset nos ob id quod acceperis ab ea gente Hebrensi, quod magna

72. Cogitate ergo ex quo gratiati fueritis, licitus, bonum: et timete Deum: nam Deus est indulgens, misericors.

73. O Propheta: dic illis, qui sunt in manibus vestris ex captivis: Si noverit Deus in cordibus vestris bonum; dabit vobis melius, quàm quod ablatum fuerit a vobis: et parcet vobis: nam Deus indulgens, misericors est.

74. Quod si captivi voluerint decipere te: iam prius deceperunt Deum ante te: progressa potestati tuæ [illegible] eos: et Deus est sciens, sapiens

75. Illi qui crediderunt, et emigraverunt patriâ, et decertaverunt cum facultatibus suis, et personis suis pro semita Dei: et qui in confugium receperunt

a. potestatem dedit de dis[cessu]. dedit dos ipsa potestatem suam ut occideret, et captivos duceret dos in Bad[ra]

Utopiæ

Prophetam, et auxiliati sunt ei: hi, alij eorum eunt so-
cij aliorum in preda. Qui uero crediderunt, sed non emi-
grauerunt pariter: non erit uobis de societate eorum
quidquam; donec emigrent etiam ipsi. Quod si oppem
postulent a uobis pro religione: ad uos spectabit dare
illis auxilium; preterquam contra gentes, inter uos, [i. uobis fedre iuncta]
et inter illas pactum. Et Deus in id quod facitis est intuens
16. Qui uero infideles fuerint: alij eorum sint socij alio-
rum. Si hoc feceritis, erit scisma in terra, et cor-
ruptio grauis
17. Qui autem crediderunt, et emigrauerunt, et decertauerunt pro semita Dei: et qui confugium prestiterunt Ma-
humeto, et auxiliati sunt ei; hi sunt fideles uere: ipsis erit indulgentia, et prouisio honorifica in Lauda-
to.
18. Et qui crediderunt postea, et emigrauerunt, et de-
certauerunt uobiscum; hi erunt ex uobis [i. socij uestri in victorijs et predis]. Habentes uero consanguinitates:
alij eorum priores sunt alijs in libro Dei, iuxta cuius-
que meritum: nam Deus in omni re est sciens

Note.

53. Et si uideres quando &c.] Ex documento Talmudico, credunt Mahumetani, unumquemque in sepulchro post mortem, transacte uite examen subire. Vocant hoc, tormentum fossæ, seu sepulchri: de quo Algazel in professione fidei Moslemicæ, hæc habet: لا يتقبل ايمان عبدٍ حتى يوقن بما اخبر عنه بعد الموت واوّله سؤال منكر ونكير وهما شخصان

شخصان مهيبان هايلان يقعدان العبد فى قبره سويًا ذا روح وجسد فيسألانه
عن التوحيد والرسالة يقولان له مَن ربّك وما دينك ومَن نبيك وهما فتانا القبر
وسؤالهما اول فتنة بعد الموت وان يؤمن بعذاب القبر وانه حقّ وحكمة
وعدل على الجسم والروح على ما يشا الله. *Non est accepta fides hominis,*
donec certo credat in id quod traditum est, post mortem esse e-
uentuum. Et primum est examen Monkeræ, et Nakir: sunt
autem hi duæ personæ terribiles, et horrendæ speciei, quæ ho-
minem in sepulchro suo erectum statuent, animæ corpore
quo constantem. Et interrogabunt eum de unitate Dei,
et de missione Legati, dicentes: Quis est Dominus tuus;
et quæ religio tua, et quis Propheta tuus? Et hi ambo
sunt exploratores sepulchri: et examen eorum est pri-
mo probatio post mortem. Et etiam credendum est in
tormentum sepulchri, atque illud esse debitum, et iudi-
cium et iustitiam ergo corpus et animam, iuxta id quod
Deus uoluerit. Hoc tormentum, seu examen sepulchri,
quod hic et alibi in Alcorano commemorat, dixi commen-
tum esse Talmudicum. Nam Elias in Thisbi, ubi agit
de חבוט הקבר percussione sepulchri, hæc habet: Cuius-
est in Midras Ps Isaac filij Carnael. Interrogauerunt disci-
puli tōp R. Chised: Quomodo se habet actus percussionis
sepulchri? Respondit eis: Postquam separatus est homo
ab hoc seculo, uenit Angelus mortis, et tollit suis sepulchrum
eius. Statim intrat anima eius in corpus eius, et facit
illum stare super pedes suos. Dixit R. Iehoszua filius
Leui: Et in manu eius flagelli est catena, cuius medi-
um est ignea, et altera ignea, quæ uertitur ipsum ha-

mine

minem. Et primo uice dissoluunt membra eius: secunda uice, eius ossa dissipant. Tum ueniunt Angeli, et colligunt ea. Quod si 3. uice ipsum percusserit, redigit in puluerem, et cinerem, et redit in sepulchrum suum &. Dixit R. Meir: Grauius est iudicium percussionis sepulchri iudicio Gehennæ: quoniam etiam qui plane iusti sunt, et filij Principum, et aduersarij ea iudicantur; illo excepto, qui moritur in Regera Sabbathi, et qui moritur in terra Israel. Hactenus Thalmud. Quin et Iudæi in precariunculis suis, quas uocant Beracoth, cogitant secum, ut ipsos liberet a percussione sepulchri. Vide Lexicon Buxtorfij in radice קבר. Hoc modo Horanus Thalmudem fere semper in suis fabulis, ueluti canis canem, subodoratur

Hæc eadem uide in Prodromi p. 30 et 4.

Refutatione

1. Nihil magis fide indignum, examine illo tormentoque sepulchri, quod inter præcipuos fidei suæ articulos Mahumetani recenent. Nam cum plurimi post mortem sepultura careant, multi etiam uiui comburantur, et in cinere abeant: uel in minuta frusta discissi, hinc inde dispergantur: uel a bestijs deuorentur: quomodo poterunt corpora eorum, iterum anima immissa, intra sepulchra examinari, et bacillis seu catenis ferreis torqueri? At enim Deus miraculose eorum corpora restituet, et in aliquo sepulchro collocabit. Verum grauius hoc, et absque ullo fundamento asseritur. Credered non solum Christiani, sed etiam Mosemi ipsi ea doctrina Mahomedi certissime credunt, hanc corporum restitutionem

communem nouam animationem, in resurrectione tantum universali & divinam forentiam esse faciendam. Hoc ne-
ri loco notandum, verba Alcorani non respicere homi-
nem positum iam in sepulchro: sed in articulo mortis
constitutum, ut quilibet videre possit. Sed nos debamus
+ Stare Doctrinæ Moslemorum expositioni. Q. Promittit primò Mahumetus asseclis suis, viginti ex ipsis, du-
centos ex hostibus: et centum ex ipsis, mille ex hostibus esse
superaturos. Deinde statim centum Moslemos, ducentos in-
fideles: et mille Moslemos, duo millia infidelium victuros
esse prolicetur. In hoc autem Deum & factumque de-
monstrat. Nam cum hec Mahumetanorum victoria mi-
raculo tribuatur (id quod innuunt verba illa Alcorani
باذن الله. & mirum, seu usurpatum Dei, quibus utrum, ubi
de miraculo aliquo sermo est): importunè ob imbe-
cillitatem Mahumetanorum mutat Deus, id quod non ex
eorum viribus, sed ex mero miraculo suo dependet. Quā-
quam nulli miraculo tribuendum est, quod centum vin-
cant ducentos, et mille duo millia: et neque etiam quod
viginti de ducentis; et centum de mille victoriam (re-
portēo
3°. Mendacem & de more Mahumetus ostendit, dum
Prophetas immani infidelium strage, captivos sibi compa-
rasse pronuntiat. Vellem vel unicum ex hujusmodi Pro-
phetis produceret. Non enim nullum in sacris Literis Pro-
phetam talem invenimus. Quin nec Alcoranus ex hu-
jusmodi confingit, Hud, Saleh, Locman, et alios, aliquem tale
nobis describit. Verum hæc sacerdos confingit, ut Prophe-
tarum.

tarum exemplo rapacitatem, lenitiam, ac libidinem suam
coloneret; et tueatur. Hoc sæpè facere consueuit. Et
tamen eodem tempore occidentalium mundi domos spernenda
æterna uero Euangelii felicitatem appetendam et expetendy
suis studeo conatus: nimirum, ut hæc sibi illi haberent,
uel inaniter sperarent: illo uero ipsi soli relinquerent.
Sapit Impostor; sed prorsus sua.

سورة التوبة

مدنية مائة و ثلاثون آية

SVRA IX.
MEDINENSIS.

POENITENTIA.
MEDINENSIS:
centum triginta com-
matum.

1. Immunitas a Deo et Legato eius ad eos, cum quibus fœ-
dus iniistis et Associantibus

2. Peragrate terram securi per quatuor menses: et scitote, quod
uos non estis infirmaturi Deum [i. impedituri eum, quin pu-
niat]: et quod Deus ignominiæ affecturus sit Infideles

3. Et notificatio a Deo, et Legato eius ad homines die peregrina-
tionis maioris: quod Deus immunis esse ab associandis. [i. non
concedit eis indulgentiam ullam ad illum diem]

4. Et Legatus eius etiam immunis esse ab illis. Quod si
resipuerint: hoc erit melius uobis. Si uero tergiuersari pergent

scitote porrò, quod uos non infirmastis eum Deum, ita ut non
puniat uos. Et annuncio iis qui fuerint infideles, penam
dolorificam.

5. Ceter eos, quibuscumque fœdus inieritis eos. Associantibus
deinde non defecerint uobis ullo in re, neque adiuuerint
contra uos vllum. Eorum perfectè seruate illis pactum
eorum usque ad terminum eorum [i. quamdiu durat fœdus
cum illis initum]: quippe Deus amat timentes se

6. Vbi uerò transierint menses sacri: odidite Associatos
ubicunque inueneritis eos: et capite eos, et obsidete eos,
et insidiamini eis omnibus insidijs. Quod si conuersi fue-
rint, et statue fecerint orationem, et persoluerint sacrum
censum: liberam dimittite uiam eorum: quippe Deus est
indulgens, misericors

7. Si quis uerò ex Associatis securitatem petierit a
te: securitatem concede illi, ut audiat sermonem Dei [i.
Alcoranum]: deinde fac peruenire eum ad locum securitatis
eius [i. ad gentem suam, si noluerit credere]: hoc facies, quia
ipsi sunt homines, qui ignorant.

8. Quomodo erit Associantibus fœdus apud Deum, et apud
Legatum eius; præter eos, cum quibus fœdus inistis prope
Templum Meccæ? Quamdiu ergo constanter fuerint uobis
in fœdere; uos etiam constanter estote illis: nam Deus a-
mat timentes se

9. Quomodo, inquam, erit cum eis fœdus, cum si prævalue-
rint contra uos, non obseruarint in uobis cognationem, neq;
pactum? placebunt uobis uribus suis: et auersa erunt corda

eorum

eorum: et plerique eorum sunt preuaricantes.

10. Vidimus enim signa Dei [i. doctrinam Micheæ] preter
spem: et protulerunt alij quid ei. Certè ipsi, malum
est quod fecerunt

11. Non obseruant in illo fidei cognationem, neque pactum:
et hi sunt Transgressores

12. Quod si conuersi fuerint, et stare fecerint oratio-
nem, et dederint eleemosynam: censendi erunt fratres ue-
stri in religione. Et distinctè progonimus signa ho-
minibus, qui sciunt

13. At si uiolauerint iuramenta sua post pactum
suum, et obtrectauerint religioni uestræ: oppugnate an-
tistites infidelitatis: quippe non sunt iuramenta ipsis le-
uanda: ut ipsi abstineant ab infidelitate

14. An non pugnabitis contra homines, qui uiolauerunt
iuramenta sua, et studuerunt ejicere Legatum: et ipsi
si ultrò aggressi sunt uos prima uice? An timebitis eos?
Ac Deus iustius est ut timeatis eum, si estis fideles.

15. Oppugnate eos: puniet eos Deus per manus uestras, et
ignominia afficiet eos: et auxiliabitur uobis contra eos, et
sanabit pectora hominum credentium

16. Et auferet indignationem cordium eorum: et conuertet se
Deus super quem uoluerit: et Deus est sciens, sapiens

17. An existimastis quòd desererit spes eos, et nondum nouc-
rat Deus illos qui deceperunt ex nobis: et nondum acce-
perat per eos erga Deum, et Legatum eius, et fideles, alios ind
amicos? et Deus peritus est in eo quod facitis

18. Non est conueniens infidelibus Africanis, ut uisitent Oratoria Dei, cum sint tetri huius animas unde infidelitate. Harum uana sunt opera. et in igne ipsi perpetuo morabuntur sunt

19. Terra uisitabit Oratoria Dei qui credit in Deum, et diem nouissimum; et stare facit orationem; et pedibus soluit electos. Quam stabilem; et non timet nisi Deum. Facile enim, ut sint ex dictis.

20. An fecistis potationem peregrinantis ad Meccam ex puteo Zamzam, et uisitationem delubri Meccani, sicut illum [i. equalem merito illius] qui credit in Deum, et diem nouissimum, et decertat pro semita Dei? Non erunt paria hec apud Deum: et Deus non diriget gentes iniquas.

21. Qui crediderunt, et patria emigrauerunt, et decertauerunt pro uia Dei facultatibus suis, et personis suis, maiores erunt gradu apud Deum: et hi erunt felices

22. Annunciat illis Dominus ipsorum misericordiam a se, et beneplacitum, et hortos: erit ipsis in eis uoluptas stabilis.

23. Leremnes erunt in eis semper: quippe Deus, apud quem est merces magna

24. O qui crediderunt, ne accipiatis patres uestros, et fratres uestros in amicos, si dilexerint infidelitatem super fidem: et qui in amicos acceperit eos ex uobis, tales modi erunt iniqui.

25. Dic: Si fuerint patres uestri, et filii uestri, et

fratres

fratres uestri, et matres uestræ, et affines uestri, et facultates, quas acquisistis, et mercimonium, cuius timetis non esse
faciendas a uobis distractionem: et habitationes, quibus
delectamini, cariores uobis quam Deus, et Legatus eius, et
decertatio pro uia Dei eius: expectate donec ueniat Deus cum imperio suo: et Deus non diriget homines prauaricantes.

26. Iam quidem adiuuit uos Deus pugnantes in locis multis: et in die Honein, cum complacuisset uobis in multitudine uestra; nec tamen profuit uobis quidquam: et angustata fuit uobis terra cum spatiosa esset: tum auersi fuistis terga uertentes

27. Deinde demisit Deus quietem suam super Legatum suum, et super Fideles; et demisit exercitus Angelorum, quos non uidistis: et puniuit eos qui erant infideles: et hæc fuit retributio infidelium

28. Tum conuertet se Deus post hoc super quem uoluerit: et Deus est indultor, misericors

29. O qui credidistis: certe associantes sunt immunditia: ne itaque appropinquent templo Meccano post hunc annum. Quod si timueritis penuriam, ob abscissionem commercii eorum: mox ditabit uos Deus ex redundantia sua, si uoluerit: quippe Deus est sciens, sapiens

30. Pugnate contra eos, qui non credunt in Deum, neque in diem nouissimum; et non prohibent id quod prohibuit Deus, et Legatus eius: et non profitentur religionem ueram, ex iis, quibus tradita fuit Liber [i. ex Judæis, et Christianis]

Donec persoluant tributum a manu [i. manibus suis]: et ip-
si sint prouti [i. humiles et subiecti]

31. Et dicunt Iudei: Quid est filius Dei. Et dicunt
Christiani: Messias est filius Dei. Hoc dictum eorum in
cordibus ipsorum: imitantur dictum eorum, qui infideles fu-
erunt antea. a Oppugnet eos Deus. Quomodo mentiuntur?

a. Oppugnauit.

32. Acceperunt Iudei Pontifices suos: et Christiani
Monachos suos in dominos preter Deum: et Messiam fili-
um Marie. Et non fuit preceptum illis, nisi ut colerent
Deum unum; non est Deus, nisi ipse. Laus eius [i. pro-
cul absit] ab eo quod associant illi.

33. Volunt extinguere Lumen Dei oribus suis: Sed renuet
Deus, ut non perficiat Lumen suum, etiamsi egre ferant
infideles

34. Ipse est, qui misit Legatum suum cum directione, et
religione uera; ut apparere faciat eam super religionem om-
nem: etiamsi egre ferant associantes.

35. O qui crediderunt: Sane multi ex Pontificibus, et
Monachis comedunt facultates hominum cum uanitate: et
auertunt alios a uia Dei. At qui thesaurizant aurum et
argentum, et non expendunt illud pro uia Dei, annuncia
illis penam dissruciantem,

b. Die quadam

36. b Die quo incendetur illud [i. aurum et argentum]
in igne Gehenne, et cauterizabuntur ea frontes eorum, et
latera eorum, et dorsa eorum: et dicetur illis: Hoc est
quod thesaurizastis animabus uestris: gustate ergo quod
thesaurizastis

Note

Note

Inscribitur hęc Sura, التوبة Pœnitentia: quia in eâ conceditur hostibus Mahumeti, ut intra quatuor menses ledeant ad pœnitentiam: idest abstineant a bello ipsi inferendo, et fœdere secum uniantur. Et quia hoc temporis spatio securos eos a suis armis reddebat, ideo ab aliis Sure titulus fuit. البراءة Immunitas, uel, securitas. Non nulli præterea præcedentes epigraphas, alias duodecim illi tribuunt, quas superuacaneum est hic referre. Volunt quidam, in hac Sura pœnitentiâ, seu resipiscentiâ respici Mahumetanos Apostatas, uel scelestos: immunitatem uero infidelem, sed in malam partem: quasi Mahumetus hic profiteatur se immunem esse a fœdere cum illis in posterum seruando: ac propterea bellum eis indicit. Et hæc quidem genuina interpretatio. De præmio lectoris huius Sure, nihil habent exposito res, quid uolunt esse idem cum præmio sure superioris.

Notandum est autem Sure huic non præfigi formulam illam, quam reliquæ omnes præferunt: In nomine Dei misericordis, misericordis: cuius rei rationem reddit Jelal: ولم تكتب فيها البسملة لانه ص لم يامر بذلك كما يوخذ من حديث رواه الحاكم واخرج فى معناها عن علىّ ان البسملة امان وهى نزلت لرفع الامان بالسيف وعن حذيفه انكم تسمونها سورة التوبة وهى سورة العذاب وروى البخارى عن البراء البراة انها اخر سورة نزلت هذه، in Ea: In nomine Dei: quia Mahumetus id non præcepit: sicut habetur ex narratione, quam tradidit Alhakem. Et habetur circa significationem eius ex Aly, quod, In nomine Dei importet se-

curitatem, (seu assecurationem:) et hęc Iura tradita fuisse dicendam scuritatem & Padium. Habetur autem diuisse Hodeipsam: Vos uocatis hanc Iuram Lenitentię, cum sit Iura pene. Habetur etiam ex relatione Abdeclari ex dicto Abara, hanc Iuram fuisse ultimam, que Mahumeto tradita fuerit. Respondeo Iudeus: Cum Ebn abbas interrogasset Othman filium Affan, cur non pręposuisset hunc Iure consueram formulam, In nomine Dei &: (uerum ipse

ان رسول الله ص كانت تنزل عليه الثلاثة الايات والاربعة الايات واقل واكثر من ذلك فيقول اجعلوا آية كذا وكذا في سورة كذا وكذا في موضع كذا وكذا واته قبض ولم يقل لنا في الانفال شيًا ونظرنا مصحف قصصهم متشابها فجعلناها معها ولم نكتب بينهما بسم الله.

Reuelabant Mahumeto tres, uel quatuor, uel plures, aut pauciores uersus simul; ac dicebat: Lenites hunc, uel hunc uersum in hac, uel illa Iura, in tali, uel tali loco: et ipse [illum] uacuum relinquebat. Non dixit autem nobis in Iura de Manubiis aliquid. Et cum uidissemus utramque Iuram ęque intedi similem in suis narrationibus; posuimus eas simul [tanquam unicam Iuram]: quare non interposuimus inter eas, In nomine Dei &. Similia habet Ismaelcenius, qui addit: وقيل سورة الانفال وسورة التوبة سورة واحدة Dicunt aliqui Iuram de Manubiarum, et Iuram Lenitentię esse Iuram unicam. Referunt pręterea huiusmodi Dicibo ac ordinem Mahumeti: ما نزل القران على الا اية ايةً وحرفًا حرفًا ما خلا سورة براة وقل هو الله واحد فانهما انزلا على ومعهما سبعون الفا صف الملايكة: Non recedam fuit mihi Alcoranica, nisi singulos uersus, et singulas uices; accepto Iura Lenitentię et Iura: Dic: Ipse est Deus unus (est Iura

110)

110) nam hę integrę reuelatę sunt mihi per eam cuidę-
dam Septuagintą millia ordinum Angelorum.

Censeo id communiter hęc iurą vota Medinensis Je-
lal. poniadas postremas ueniculos, inter quorumdam
Lenenenam Meccanos. Illius ueniculos quidam centum
ac triginta; quidam uero centum ac uiginti nouem enu-
meranr

11. Quatuor menses] Menses hi recensentur inferius.
Jelal ponit horum primum شوال Scual, qui est decimus
anni Arabici. Zamchascrius item eos enumerat شوال
وذو القعدة وذو الحجة والمحرم: Scual, Dulcaeda, Dhulhoggia
et Mohavram. Traditur autem Suram hanc reuelata
fuisse Mahumero in mense Scual.

12. Lotationem peregrinantij]. Peregrini quippe
cum essent in Meccam religionis, seu ueriùs superstì-
tionij causa, aqua putei cuiusdam, qui ijs Zamzam
dicebatur, bibebant: ex eo enim Abraham bibisse puta-
bant: licet aqua illius sit ingrata bibentibus.

13. Et die Honein Orrein.] Est hic iuxta Jelali وادٍ بين
مكة والطايف اي يوم قتالكم فيه: torrens, seu uallis inter Meccam,
et Taiphum, in quo prelium inter Meccanos et hostes com-
missum est. Erant autem Mahumetanę duodecim millia.
hostium autem quatuor millia: et nihilominus illi in fugam
uersi sunt, relicto Mahumeto, qui constanter perstitit sug
mulam suam albam, nec alius erat cum eo preter Abasu
Sed deinde animos resumentes Moslemi, hostes profliga-
uerunt, et copiosam ex ijs predam retulerunt. Pluro
autem hic miracula effingunt: quę in uita Mahu-

+ et in Prodromo, p. 2. c. 1.

+ Mecc. + uetulinus

31. Ozaio Islandi ex Ezra Ito sacrarum scripturarum profligatorem deformat Imperator.

31. Contifici suo Ar. Arabicè احبار Contifices, seu Sacerdotum præcipuos significat. Jelal interpretatur علماء Doctores, seu Sapientes.

Refutationes.

1. Situm fere Alcoranum destruit Mahumetes hac fura. Adrenus enim suam unicuique religionem uel probauerat, uel non prorsus improbauerat: nullum ad sectam suam cogendum ediderat: se prædicatore tantummodo, atque enunciatorem ueritatis, non ullius hominis procuratorem à Deo destinatum esse professus fuerat: infideles admonendos uerbis, non armis compellendos; patienter sustinendos, non pro merito puniendos pronunciauerat. Hæc autem omnia, cum se illis potentia et uiribus inferiorem agnoscebat. Vbi uerò subacta uiolenter patria, et plurimis suis populis sibi subiectis, superiorem se esse concepit, nullumque sibi resistere posse animaduertit, palinodiam in hac sura (quæ ut uerè æstimat Gothofredus ultima fuit ex suris Alcorani) libenter cantauit: et fœdere, quod cum infidelibus, et Apostatis sui (Judæis scilicet, Christianis, et Idolatris) haberet, abrupto: bellum ijdem irreconciliabile indixit. Religionis laruam assumpsit, ut imperandi libidinem tegeret. Nam ut ex Alcorani uerbis constat, nihil aliud pro uia, seu religione Dei decertando in-

clabat

cabat, quàm populos sibi subijcere, et tributum adijgere: quod si obtinuisset, millam de ægro religionis curam habebat. Notat autem Abulcasem Habat Alli in suo tractatu في الناسخ والمنسوخ de Abrogante, et Abrogato, sacrum uersum Hainy fuisse نسخت من القران ماية واربعا وعشرين اية: abrogari centum uiginti quatuor sua uersus ex Alcorano: Duo uero magis mirum est, quòd ultima eiusdem sacri uersiculi uerba, prima eiusdem uerba abrogantur: quia scilicet prima iubet absolutè, occidi, et exterminari Idolatras, seu Idololatras ubicunque deprehendantur. Deinde uero iubet iisdem ignosci, si fiant Mahumerani. Ita prædictus Abulkasem Habat Allah: ثم صار اخرها ناسخا لاولها Præterea est extremum illius Abrogans principium illius. Vnde inde (ne uideretur hic Laude dignus Mahumetes: quod homines extere religionis etiam cum dispendio Reipublicæ ob impedimentum mercaturæ a Mecca superstitionis suæ ledo iubet arcere: quod deinde ad uniuersam excidit Arabiam. Vtinam in hoc Christiani Principes illum imitarentur, quemadmodum in hypocrisi, et religionis simulatione ad impietatem, et atheismum regendum non nulli imitantur

+ (uel etiam, si tributum soluant, sequ uecticales agnoscant. Vide Prodr. p. 4. c. 23. pg. 5 g.)

2. Duo mendacia, et quidem impudentissima habet hic Alcoranus. Primum est, Iudeos affirmare Ozaiæ, seu Ezram esse filium Dei, eodem modo quo Christianos esse Iesum Christum; nempe naturalem (nam de filiatione adoptiua, uel gratiarem, nullum est dubium, cum Mahumetani etiam omnibus iustis et fidelibus

concedit. Secundum, Iudæos vocare Pontificem suum Dominum
suum: Christianos verò Monachos suos tanquam Dominos,
quatenus vox hæc, Dominus, referrud ad Deum: nam de
Dominio politico dubium esse non potest. Utrumque
autem omnino falsum, et in hoc potest Mahumetes ad
universum orbem mendacij redargui. Sed vide pag. alibi di-
ximus de hac eadem re in Prodr. p. 3. cap. 21. pag. 426.

3.° Irrationicè loquitur Mahumetes, dum iactat se ef-
fecturum, ut appareat Superstitio sua على الدين كله
huic Religionem totam: idest, huic omnes alias religiones.
Duplici porrò ratione potest aliqua religio cæteris su-
perior apparere: nempe, vel quoad numerum; vel quoad
sanctitatem ac veritatem. Si de numero loquamur:
ferè certum mihi est, Christi sectatores multitudine superare. Quamvis enim
Mahumetanorum tyrannis, plures quàm Christianum
rum Imperium regiones occupet: in ijsdem tamen re-
gionibus Christiani innumeri reperiuntur, cum in Chri-
stianorum provincijs Mahumetani nulli, præter paucos
captivos inveniantur. Verùm, si religionis excellentia ac
multitudine pensanda sit; ante Christi adventum ad-
venarum idololatrarum superstitio, quæ totum ferè orbem oc-
cupabat, excellentissima fuisset: Judæorum verò religio,
quæ intra unius Judææ fines propè continebatur, nul-
lo in pretio fuisset habenda. Huc accedit, quod etiam hi-
hodie fortasse Muslemi Christianos turbæ excedant;
alijs tamen de regionibus Christiani Muslemos superâ-

verunt

cauerunt; et, fauente Deo, futuris temporibus superabunt: quamuis nullibi in sacris Literis fuere religionis nota numerus assignetur, itaut falsarum religionum turbam necessario debeat cæcedere. Si uero de ueritate, ac sanctitate rerum sit: iactet quaquo uersus Mahumetus sectam legemque suam, nunquam Euangelicæ legis, Christique religionis sanctitati, ac ueritati poterit ulla ex parte compari. Nec enim Christiani Legem suam non obseruant, sicuti Moslemi custodiunt suam. Esto. Virium hoc humanæ naturæ est, non legis. Neque Iudæi legem suam, quo tempore Deus iubebat, obseruabant; sicuti idololatræ custodiebant suam: nec tamen hæc illi Dei erat excellentior, uel superior. Neque ne- gauerim Mahumetanos sanctiones Alcoranicas maiori studio obseruare, quam Christiani Euangelicas obseruent: sed eorum obseruantia tota est exterior, et in rebus, quas Deus minus curat. Quamobrem Mahumetus ipse hic & de. 20. illos sedulo quidem, quod in gestatione pueri Zamzam, et in uisitatione, et circuitione delubri Meccani eorum studium suum ponerent: fidem uero, et perfectiora religionis opera negligerent. Huc accedit, plerosque Mahumetanos, præsertim si nemo eos uideat, etiam exteriora illa superstitionis suæ opera pro nihilo pendere: et ea non ex uirtutis amore, sed ex metu pene obseruare. Christiani uero, licet nullo temporalis pœnæ timore adacti, Legis suæ, quæ peruersissimum interioremque sanctitatem, cordisque puritatem respiciunt; ex mero Dei, uirtutis, et æternæ salutis amore, quamuis non omnes, plerique tamen sedulo obseruant. Postremo, cum Dæmones in sola Christi fide

ac Lege salutem gremam positam esse sciant: eam ue-
hementius oppugnant, eiusque professores tentationibus
grauioribus aggrediuntur. Aliudum Legum affectu, ut-
pote iam sui iuris, et Gehennæ destinatos, plurimi ad exac-
tam earum curam existimulant, quam ut ab earum ob-
seruantia illos retrahant. +

+ Vide quæ circa hoc fusissimè diximus in Proto mo §. 1. in prognio. & in 2ª. 4. cap. 1. et fere ff totam. et §. 2. in fin. §. 1 4. ubi & prosimo dicetur hic locus Alcorani.

Textus Alcorani

37. Certè numerus mensium apud Deum 12 est duodecim men-
sium in Libro Dei [i. in Tabula seruata] in die qua creā-
uit cælos et terram. Ex his quatuor sunt sacri. Hæc est
religio recta. Ne ergo iniuriè tractetis in illis animas
uestras; et pugnate contra Associantes omnibus mensibus,
quemadmodum pugnant contra uos in omnibus: et scitote
quod Deus est cum Pijs

38. Certè Profectò ceiectio unius mensis sacri in ali-
um mensem est excessus in infidelitate: errare situa-
tus in eo a Deo qui sunt infideles: licitum faciunt hoc
uno anno; et prohibent hoc alio anno; ut conueniant in
numero mensium, quos sacros esse uoluit Deus: et con-
cedant quod prohibuit Deus. Adornatum fuit illis mā-
sum operum suorum. Et Deus non dirigit homines in-
fideles.

39. O qui credidistis: quid est uobis, quod cum dictum
fuit uobis: exite ad prelium pro uiâ Dei, moram fecistis
segnes ad terram? An complacuistis in uita mun-
dana, magis quam in nouissima? Atqui non est supellex
uitæ mundanæ, pro nouissima, nisi exiguum.

40. Nisi

40. Nisi egressi fueritis ad pugnam: putatis uos Deus spernat
discruciantes
41. Et substituet aliam gentem preter uos: et non nocebi-
tis ei [i. Deo] quidquam: nam Deus est ad omnem rem potens
42. Nisi adiuueritis eum [i. Mahumetum]: iam pridè a-
diuuit eum Deus, cum eiecerunt eum qui erant infideles [i.
Meccani]. Secundus duorum, cum ambo essent in spelunca,
[scilicet, adiuuit eum]: cum dixit socio suo [i. Abubacro]:
Ne tristeris: nam Deus est nobiscum. Demisitque Deus
securam fiduciam sui cum; et roborauit eum exercitibus
Angelorum; non uidistis eos. Et posuit uerbum eorum
qui erant infideles, infimum: et uerbum Dei fuit excelsus:
nam Deus est potens, sapiens.
43. Egredimini ad prelium leues, et graues, [i. debiles
ac fortes, uel diuites ac pauperes]: et decertate cum fa-
cultatibus uestris, et personis uestris pro uia Dei. Hoc e-
rit melius uobis, si sciatis
44. Si fuisset accidens uicinum [i. aliquod accidentale
bonum facile acquisitum], et iter moderatum: certè secu-
ti fuissent te. Verùm longa fuit uia eis: et ta-
men iurabunt per Deum: Si potuissemus, certè egressi fu-
issemus uobiscum. Perdunt animas suas: nam Deus scit,
quod ipsi sanè sunt mentientes
45. Parcat Deus tibi: quare annuisti eis, donec inno-
scerêt tibi qui essent ueraces, et cognosceres mentientes?
46. Non petent facultatem a te qui credunt in Deum et
diem nouissimum, ne decertent cum facultatibus suis, et

+ [i. dimisisti eos, concedendo eis ueniam à principio.]

personij sui: et Deus est sicut timentes te

47. Verumtamen petent facultatem a te qui non credunt in te
unum, et diem nouissimum: et hesitant corda eorum in fide
quoniam ipsi in dubitatione sua huc atque illuc agitantur.

48. Quod si noluissent cadere tecum ad prelium: certe preparassent ad hoc apparatum armorum et uiatici. Verumtamen
nuit Deus profectionem eorum: progredere legnes reddi-
dit eos. Et dictum fuit eis: Sedete cum sedentibus [i. remanete cum feminis, pueris, et infirmis]

49. Si egressi fuissent nobiscum, non auxissent nos nisi dispendio: et quidem discurrissent intra nos procurantes nobis seditionem: et intra nos fuissent aurem prebentes eis: et Deus est cognitor Iniquorum

50. Iam quidem[a] desiderauerunt seditionem antea: et pertinuit
sauerunt tibi eos, donec uenit uentus, et apparuit impetum
Dei: et ipsi erant ~~remuent~~ inuiti

a procurauerunt

51. Et ecce ipsis est quidicat tibi: Concede facultatem mihi
remanendi a prelio, et ne conijcias me in seditionem. Nonne
in seditionem inciderunt, etiamsi domi remanserint?[3] Sed
certe Gehenna sanè circumdatura est infideles

52. Si acciderit tibi bonum, contristabit eos. Si uerò acciderit tibi infortunium, dicent: Iam accepimus cautionem
nostram antea. Et pergiuersabuntur; et ipsi erunt
gaudentes de infortunio tuo.

53. Dic: Non eueniet nobis, nisi quod scripserit Deus nobis.
Ipse est herus noster: et sub Deum innitantur fideles.

54. Dic: An expectatis in nobis nisi unum duorum
bonorum

bonorum. [i. victoriã, aut martyrium]s. Nos uerò aspectamus in uobis, ut fiat uos pendat ab ipsis, uel ex manibus nostris. Expectate ergo; nam nos uobiscum erimus expectantes.

§5. Sic: Erogate facultates uestras pro religione ipsorum uel inuitò: non suscipientur a uobis: quippe uos essi homines preuaricantes

+ | 1. eroga- te a uobis uel de manibus uestris

§6. Et non impediuit eos, ne susciperentur ab eis erogatio eorum, nisi quia ipsi non crediderunt in Deum, et Legatum eius: et non persoluunt orationem nisi et ipsi segnes: et non erogant facultates nisi et ipsi inuiti.

§7. Ne ergo in admirationem adducant te opes eorum, neque filij eorum. Profectò uult Deus punire eos ex hac in uita mundana: et uult, ut egrediantur anime eorum, et ipsi moriantur infideles

§8. Et iurant per Deum, quod ipsi sanè sint ex uobis. Sed non sunt ex uobis: uerùm ipsi sunt homines qui timent malum a uobis.

§9. Si inuenerint perfugium, aut speluncas, aut locum in quem ingrediantur: celeriter terga uertent, ad illum, et ipsi citò confugient ad eum

60. Et ex illis est qui obloquatur de te propter eleemosynas, quod non æquè eas distribuas. Quod si datum fuerit illis aliquid ex eis, contenti erunt. At si non datum fuerit illis ex eis; ecce ipsi irascentur

61. Quod si ipsi contenti essent eo quod dedit illis Deus et Legatus eius: et dicerent: Sufficientia nostra est Deus:

^ dabit nobis Deus ^

^ eo abundantiùs sua, et Legatus eius: certè nos Deum co-
gamus: hoc melius esset illis, quam obloqui de Prophetu
62. Lorrò clementiæ debentur paupertibus, et egenis:
et operam suam impendentibus in illis colligendis, ac distri-
buendis; et unitis cordibus suis: et pro cruciatibus [i. cedi-
mendis captivis] et ere alieno grauatis, si non sint sol-
uendo, et pro uia Dei [i. pro bello sacro]; et filio semite
[i. uiatore in itinere detento]. Statutum est hoc a Deo:
et Deus est sciens, sapiens.
63. Et ex iis qui Legunt Prophetam, et dicunt: Iste
est auris, [i. audit omnia quæ a nobis dicuntur, et
facilè credit ea]: dic: Iste est auris boni nobis, quia
non audit quod malum afferat nobis. Credit in Deum; et
credit fidelibus: et est misericordia [i. misericors] iis
qui crediderunt ex nobis. Qui uerò Legunt Legatum Dei;
illis erit pœna dolorifica.
64. Iurant à Deum nobis, ut placeant nobis: sed
Deus et Legatus eius digniores sunt, ut placeant illi
[i. equius esset ut placerent Deo et Legato eius], si sci-
rent credentes
65. An ignorant quòd is qui dissidet a Deo, et Legato
eius, provocat dubio erit illi ignis Gehennæ, perpetuò
a mansuro in ea? Hæc erit ignominia magna.
66. Metuunt impij ne demittatur super eos [nempe
fideles] sura, quæ enuncie illis id quod est in cordibus
eorum. Dic: Irridete. Certè Deus manifestaturus
est quod timetis.

67. Quòd

65. Quod si interrogaueris eos de huiusmodi inuisione. profectò dicent: Cum confabulabamur, et ludebamus. Vic: Ani de Deo, eo signij eius, et Legato eius iocum capiebatis?

68. Ne accusationem pretendatis. Iam infideles facti estis post fidem uestram. Si ignouerimus parti ex uobis; puniemus partem: eo quod ipsi fecerint scelerè agentes.

69. Impij, et Impij; alij eorum sunt ex alijs [i. se inuicem imitantur]. Recipiunt iniustum, et prohibent a iusto: et contrahunt manus suas ab eleemosynis faciendis. Obliti sunt Dei; quamobrem oblitus est eorum Deus: nam impij sunt preuaricantes

70. Promisit Deus Impijs, et Impijs; et infidelibus ignem gehenne: perpetuò moraturis in eo: hic erit sufficientia [i. merces sufficiens] eorum: et maledixit illis Deus: et ipsis erit pena stabilis

71. Sicut illi qui fuerunt ante uos, ita estis et uos. Fuerunt hi robustiores uobis uiribus; et copiosiores opibus, et filijs. Fruiti itaque sunt parte sua in hoc mundo: et uos etiam fruiti estis parte uestra, sicut fruiti sunt qui fuerunt ante uos, parte sua. Et oblocuti estis de Prophetâ uestro illa ita ad quid oblocuti sunt illi. Hi, uana fuerunt opera eorum in hoc mundo, et in futuro seculo, et hi fuerunt pereuntes

72. An non peruenit ad eos historia eorum, qui fuerunt ante eos? Nimirum gentis Noe, et Ad, et Themud, et gentis Abrahe, et habitatorum Madian, et urbium subuersarum [i. Pentapolis]. Venerunt ad eos Legati eorum cum demonstrationibus miraculorum: neque fuit Deus ut iniuste

tractarer illos: sed ceipsos iniuste tractaueunt.

73. Et fideles uiri, et fideles femine; alij eorum sunt amici aliorum. Precipiunt iustum, et prohibent ab iniusto: et suos faciunt oratorem, et pertransiunt deemosynam tractatam; et obediunt Deo, et Legato eius: hi, miserebitur illis Deus: quippe Deus est pregotens, sapiens.

74. Promisit Deus Fidelibus uiris, et Fidelibus feminis hortos: cuius subijs flumina, pergetus moraturi sunt in illis: et habitationes bonas in hortis Eden: et beneplacitum a Deo maius erit his omnibus. Hec est felicitas magna

75. Prophete, decerta contra Infideles, et Impios, et durus esto contra eos: nam receptaculum eorum est Jehenna: et misera est profectio in illam

76. Iurant a Deum, quod non dixerint id quod dixerunt contra Mahumetum. Et iam quidem dixerunt uerbum infidelitatis; et infideles facti sunt post Islamismum suum [i. post susceptam religionem Mahumeti] et studiose quæsierunt id quod non sunt assecuti [i. occidere insidias Mahumeta]: et non reprobauerunt, nisi quod ditauit eos Deus, et Legatus eius ex abundantia sua. Quod si conuersi fuerint, erit melius illis. Si autem reuersi fuerint, puniet eos Deus pena dissuciante,

a. ingratu habuerunt

77. * In hoc mundo, et in futuro seculo: et non erit ipsis in terra ullus fautorum, neque adiutor

* quidã continuãt hunc uersum cum precedente.

78. Et ex illis quidam fecerunt cum Deo, dicentes: Et si dederit nobis de abundantia sua, sane erogabimus eleemosynas: et quidem eimus ex prolis. * Sed cum

* quidã incipiũt hic nouũ uersum

dedisset

dedisset eis de abundantia sua; aliqui fuerunt in ea, et verguine-
rati sunt, et ipsi longè recedentes

79. Propterea succedere fecit impietatem in cordibus eorum,
usque ad diem, qua occurrent ei in resurrectione, eo quod fide
fefellerunt Deo in eo quod promiserant ei: et eo quod mentiti
sunt

80. An non cognoverunt quòd Deus novit secretum eorum,
et colloquia clandestina eorum: quippe Deus est cogni-
tor arcanorum

81. Qui mittuerant liberaliores ex fidelibus in eleemo-
synis; et eos qui non inveniunt nisi studium suum
[i. non habent quod largiantur, nisi quod comparant la-
bore suo]: ac propterea iocum captant ex ipsis: io-
cum capiet Deus ex illis: et ipsis eris pena dolorifica.

82. Precetis indulgentiam eis; vel non precetis indul-
gentiam eis. Si precetis indulgentiam eis septuaginta
vicibus, nequaquam tamen ignoscet Deus eis. Hoc, quia
ipsi non credunt in Deum et Legatum eius: et Deus non
diriget homines prevaricantes

83. Letati sunt relicti in sede sua ne proficiscerentur
ad bellum Tabuc, de residentia sua post Legatum
Dei, et renuerunt decertare facultatibus suis, et persoluis
suis pro semita Dei, et dixerunt: Ne egrediamini in
bellum in estu. Dic: Ignis Gehenne vehementior est
estu. Si intelligerent hoc, non remansissent domi

84. Rideant ergo modicum in hoc mundo: et plorent
multum in alterò seculo in retributionem illius quod

fuerint operati

85. Quod si dixerit tibi Deus ex Jabac ad aliquos ex eis; et petierit facultatem a te exeundi tecum ad presium: dic: Non egrediemini mecum unquam; neque pugnabitis mecum contra hostem ullum: quippe vos gratum habuistis residere domi prima vice: residete ergo cum remanentibus

86. Et ne oretis unquam ullum ex eis, qui mortuus fuerit unquam: et ne stetis unquam sepulchrum eius [i. ne assistatis funeri eius], quia ipsi increduli fuerunt in Deum, et legatum eius: et mortui sunt, et ipsi erant in articulo ^ mortis prevaricantes

87. Neque inducat te facultates earum, et filii eorum: quippe vult Deus punire eos hic in hoc mundo: et vult, ut egrediantur anime eorum, et ipsi sint in eo puncto infideles

88. Et cum demissa fuerit sura aliqua, in qua dicatur eis: credite in Deum, et decertate cum legato eius: petent facultatem a te remanendi domi prediti longitudine ex eis [i. opulentiores earum]: et dicent: Sine ut simus cum residentibus domi.

89. Placuit illis, ut essent cum remanentibus domi: et impressum est sigillum super corda eorum: quamobrem ipsi non intelligunt

90. Sed Legatus, et qui crediderunt cum eo, decertaverunt cum facultatibus suis, et animabus suis: et hi, ipsi erunt boni: et hi, ipsi erunt felices

91. Preparavit Deus ipsis hortos; currunt sub ipsos flumina, perpetuo moraturi ibi in illis. Ac ecce beatitudo magna

JC.

ℊ2. Et uenerunt excusauit ex stabilibus campestribus, ut
concederetur facultas ipsis remanendi domi: et resp. rum do-
mi qui abnegauerant Deum, et Legatum eius. Mox incideret ijs
qui infideles fuerint ex ipsis pena dolorifica
ℊ3. Non erit ius imbecilles neque ius morbosos, neque
ius eos qui non inueniunt quid erogent in bellu sacru,
placulum si remanent domi, dummodo consuluerint Deum
et Legatum eius de hoc. Non est ius benefacientes aliquid
ex semita [i. ulla reprehensio uel culpa]: et Deus est
indultor, misericors.
ℊ4. Neque ius eos, qui cum uenissent ad te, rogantes
ut gestare ipsos ius iumenta ad preliu*: dixisti: Non
inuenio quod gestem uos ius illud. Et ideo regressi sunt,
et oculi eorum fluebant lacrymis ob tristitiam, eo quod
non inuenissent quid erogarent

* [i. iumetu super quod ge-stem uos]

ℊ5. Deum semita [i. reprehensio] est ius illos, qui pe-
tunt facultatem a te remanendi, et ipsi sunt diuites.
Placuit illis, ut essent cum remanentibus: et sigil-
lum impressit Deus ius cordi eorum: quamobrem ip-
si non sciunt
ℊ6. Excusabunt tibi apud uos, ubi reuersi fueritis ad
eos. Dic: Ne excuseris uos: nullo modo credemus uobis:
iam notitiam dedit uobis Deus de actis uestris: et mox
uidebit Deus opus uestrum, et Legatus eius: deinde adu-
cemini ad scientem abscondituum et manifestum: et enar-
rabit uobis id quod fueritis operati
ℊ7. Iurabunt tibi Deum uobis, ubi reuersi fueritis ad eos

الجزء الحادى عشر Pars Undecima

a preliis Tabue, ut procul recedatis abeis. Recedite ergo abeis, quia ipsi sunt abominatio: et receptaculum eorum eris gehenna: retributio ob id quod operati sunt

98. Jurabunt uobis, ut complaceatis uobis in eis. Porro si complacueritis uobis in eis, certè Deus non complacebit sibi in hominibus preuaricantibus.

99. Arabes campestres obstinatiores sunt in infidelitate, et impietate, et facilius est, ut ignorent terminos illius quod demisit Deus suis legatum suum: et Deus est sciens, sapiens.

100. Et ex Arabibus campestribus quispiam existimat id quod erogat in eleemosynam pro bello, ejus solutionem eris alieni: ac proinde erogat illud ex metum, et non pro spe laudis: et expectant in uobis uicissitudines [i. rerum mutationes, ut ab hoc onere liberetur.] Sunt ipsos eris uicissitudo mali, non autem sunt uos: et Deus est audiens, sciens

101. Et ex Arabibus campestribus quispiam credit in Deum, et diem nouissimum: et existimat id quod erogat pro religione, esse approximationes ad Deum, et ad preces legati. An non est hec approximatio ad Deum, et ad preces legati, pro ipsis? Introducet eos Deus in misericordiam suam: nam Deus est indulgens, misericors

102. Et precedentes primi ex Emigrationibus, et auxiliatoribus: et qui secuti fuerunt eos in benefaciendo; complacuit sibi Deus in eis; et ipsi complacuerunt sibi in eo: et preparauit illis hortos, decurrunt sub ipsis flumina; perpetuò morabuntur in eis in seculum: hec erit felicitas magna.

103. Et inter eos qui sunt circa nos ex Arabibus, campestribus, inuenium-
tur quidam impij: et ex habitatoribus Medinæ quidam
obstinati sunt in impietate. Non nosti eos, o Mahume-
te: nos nouimus illos: Mox punietur eos duplici vicibus
[i. in uita, et in sepulchro post mortem]: deinde
adducentur ad pœnam magnam [i. ad gehennam]

Note

37. Verè numerus mensium] Arabes, ut reliquæ fere gentes, annum suum in menses duodecim partiuntur; quicum sint lunares, et illi nullam in annis suis faciant intercalationem (quæ quarto quoque anno ab Hebræis per duplicationem unius mensis; et a Romanis per additionem unius diei fieri consuevit) hinc menses illi vagi sunt: et idem mensis modo in æstivum tempus, modo in hiemem, modo in alio anni tempore incidit. Quatuor autem illi menses sacri, qui dicuntur حرم, id est محرمة, idest, prohibiti, quod in illis bello prohibeantur, sunt ذوالقعدة ذوالحجة المحرم ورجب Dulkaëda, Dulhoggia, Almoharram, et Rageb.

38. Profectò ejectio unius mensis sacri] Explicat Jelal كما كانت الجاهلية تفعله من تاخير حرمة المحرم اذا هلّ وهم في القتال الى صفر. Sicut faciebant Arabes Ethnici, qui transferebant prohibitionem a bello mensis Almoharram, si incidisset in id tempus, quo ipsi in bello erant occupati, in mensem Sephar. Videbat scilicet Mahumetes, hos quatuor menses esse continuos Act. Cum ambo essent in Speluncâ I. Alludit ad fabulam, quæ habetur in vita Mahumetis: cum scilicet hic

Mecca aufugiens cum suis ceremoniis, ut. Mecanos se inseqentes declinaret; ind Speluncam unà cum Abubacro, et nescio quo alio se se recepit. Vide quæ suis-
simus ind vita Mahumeti cap. 14. *

~~14. Lunæ dextrâ Sextilem: Lapsus dextra~~ ~~expulsam~~

Gg. Impijs] Inter المنافقين Impios: الكافرين Infideles, et المشركين Idolatras hoc discrimen: Primi sunt Mahumetani quidem, sed mali et scelesti. Secundi sunt ij qui ex Judæis præcipuè et Christianis, nolunt credere in Mahumetum. Tertij sunt, qui colunt idola, qualia erant Mecani, quamuis etiam Christianos illis Mahumetanis quibusdam accenseãt, ob cultum Christi, et Trinitatis

74. Eden] Est profectò dubio hæc vox Arabica عدن Eden eadem ac Hebraica עדן, quæ deliciæ, voluptatemque significat. Sed Jalal retinuit significationem Arabicam اقامة i. stabilitas, seu firmitas: quem sequuntur cæteri Expositores. Nihilominus Minsan juxta veram significationem, exponit عدن اسم من اسماء الجنة. Eden est unum ex nominibus Paradisi.

gg. et præsio Jabuc] Erat locus non procul à Medina, sub Romanor Imperatorum ditione. Fuit ideo ultimum Mahumeti præsium, primum contra Romanos anno Hegiræ 9. Vide Vitam Mahumeti.

gg. Arabes campestres] الاعراب: Arabes campestres, seu Scenitæ. Est genus Arabum, quod à civitatibus, ac ceteris feribus abhorrens, hoc etiam tempore turmatim degens tò vagatur: tabernaculis, tanquam gestatoribus domibus utitur, et indigis ac latrocinijs assuetis se

Se

& exercet. Sunt Turcarum hostes infensissimi; et peregrinantes illos ad Meccam, quemadmodum et cæteros Mahumetanos adoriuntur & depredantur. Et tamen hi uerò se Mahumeti discipulos iactant. De hoc hominum, seu uerius bestiarum genere, uarij etiam Authores, tam antiqui, quàm recentes passim, et copiosè tractant

Loc. 2. Ex emigrantibus, et auxiliatoribus]. Emigrantes, Arabicè المهاجرون, sunt illi, qui Mahumetum Mecca electum, et profugum, relictis patrijs sedibus, eo eadem urbe, Medinam usque (quæ octo decem dies itineris distat a Mecca) alij prius, qui hic dicuntur السابقون Præcedentes, alij posteà persecuti sunt. Fuit hic annus ætatis Mahumeti quadragesimus supra quadringentesimum: et ab hoc Mahumetani computant suam الهجرة Hegiram seu numerum annorum. Auxiliatores autem, Arabicè الانصار, fuerunt duodecim uiri, quos Mahumetes elegit sibi, ut ipse aiebat ad imitationem Mosis: Sed re uera ut ageret similia Christi: tanquam Apostolos, seu primos præcones superstitionis suæ: quemadmodum etiam Septuaginta alios, ueluti peculiares discipulos, sibi destinauit.

Refutationes.

1. Nihil magis suspectum, etiam sapientiorum mortalium iudicio, reddit Alcoranum, quàm quod in eo Mahumetes nihil aliud, quàm rem suam curare uideatur, semper tamen sub religionis prætextu. Hoc agit, et quidem sedulò, præcipuè in hac sura, in qua totus est in hominibus, et pecunijs pro bellis, quæ gerere parabat comparandis: ignauis, se quamplurimum euitis tollendum, nec ul

sum amplius bellum, nisi cum morte, cum alio suo, sibi gerendum superesse.

2. Cum Mahumetus se se prophetam, et quidem omnium maximum iactaret; qui, non secus ac Homericus Thalas, ἔιδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα, videbat presentia, futura, et preterita: mirum, quod tam facilè à suis deciperetur, adeo ut veraces à mendacibus non dignosceret. Illud verò magis mirum, quod Deus cum redarguat, quia illis veniam domi remanendi concessisset, quos Deus ipse impediebat ne ad bellum proficiscerentur; ac progressa segnes illos reddidecat, et cordibus eorum sigillum impresserat. *

3. Mensis apud plerosque gentes duodecim, omnes noverunt; hunc verò numerum à Deo primò in statutis suis, pro certo habeo: quod autem ex illis, quatuor prohibiti sunt mensis ut volunt, figmenti est Mahumetici; nullum enim huius rei in sacris Literis, nullus in communi gentium usu vestigium reperitur.

Textus Alcorani

104. Et alij confessi sunt peccata sua [i. re sine legitima causa ad bellum profecti non fuisse]: miscuerunt opus bonum et aliud malum [i. cum alio malo]. Forte ut Deus placetur illis: quippe Deus est indulgens, misericors

105. Accipe de facultatibus eorum eleemosynam, ut purifices eos, et expies eos ea illam: et ora pro eis: quippe oratio tua erit quies illis: et Deus est audiens, sciens

106. An ignorant quod Deus, ipse accipiat pœnitentiam à servis suis, et accipit eleemosynas; et quod Deus, ipse est placabilis, misericors?

107. Et dic illis: Facite quod vultis: verò videbit Deus opus vestrum, et legatus eius, et fideles: et reverteminì ad scientem arcani et manifesti: manifestabitque vobis id quod fueritis operati

108. Et alij sunt expectantes imperium Dei; vel ut

punias

puniat eos; uel ut progiciendi eis. Et Deus est scient, sapiens.
109. Et qui construxerunt oratorium, ad nocendum, et
ad fouendam infidelitatem, et diuisionem inter fideles,
et ad [illegible] locum insidiarum pro eis qui pu-
gnauerunt contra Deum, et legatum eius antea: et tame
in uana dicentes: [a]Non intendimus in hac constructione ni- a Si
si oprimum. Sed Deus testis est, quod ipsi procul dubio
sunt mentientes
110. Nec stes in eo [i. oratorio] unquam. Verùm oratorium ue-
rum fundatum est super pietatem a prima die qua construc-
tus est. Melius est, ut stes in hoc, quàm in illo. In hoc uiri eligant
purificari: nam Deus amat purificatos
111. An igitur qui fundauit edificium suum super timorem
Dei, et beneplacitum eius melior est: an qui edificauit fundauit
edificium suum super crassi terre ab aqua casse, itaut corruat
cum eo in ignem gehenne? Et Deus non diriget homines iniqui
agentes.
112. Non deficiet edificium eorum, quod edificauerunt cum he-
sitatione circa fidem in cordibus suis, nisi abscindantur corda eo-
rum & mortem: et Deus est sciens, sapiens.
113. Cum Deus emit a fidelibus animas eorum, et facultates
eorum cum [illegible] hoc pacto ut retribuatur illis Paradisus. Cognoscunt
pro certo Dei, et credent, et credentur: promisit enim eum
dicens in Pentateucho, et Euangelio, et Alcorano. Et quis est
magis complens promissionem suam, quàm Deus? Examini igitur
in uenditione uestra, quid uendidistis uos, et uestra Deo. Et hec
erit beatitudo magna.

114. Egressentes, seruientes Deo, Laudantes illum, ieiunantes, genuflectentes, adorantes, precipientes iussum, et prohibentes ab iniuria, et custodientes Statuta Dei. Et fausto annuncio fidelibus

115. Non est Prophete, neque eorum, qui sunt fideles, ut ueniam precentur pro Affligentibus, quamuis sine participes propinquitatis [i. cognati] postquam innotuerit eis quod hi sint habitatores Tartari

116. Neque fuit concessum ueniam precari Abrahe pro patre suo, nisi ex promissione, qua id promisit illi. Cumque innotuisset ei, quod ipse esset inimicus Dei; immunem se fecit ab illo [i. adorando pro illo]. Ergò Abraham fuit sanè pius, mitis. Neque est

117. Neque est Dei, ut errare faciat homines, postquam locutus est eos, donec innotuerit eis, quid cauere debeant: quippe Deus in omni re est scius

118. Itaque Dei est regnum Celorum et terre: uiuificat, et mortificat: et non est nobis preter Deum ullus patronus, neque adiutor.

119. Iam quidem prosperius fuit Deus erga Prophetam, et transmigrantes, et auxiliatores, qui secuti sunt eum in hora difficultatis [i. in prelio Tabuc], postquam prostratus fuit ut declinarent corda grupp ex eis. Deinde conuersus est erga ipsos: quippe ipse fuit cum eis clemens, misericors.

120. Et conuicium est etiam super eos, qui relicti fuerant, adeuc angustiata fuerit super eos terra, ubi spatiosa fuerat: et angustiate fuerint super ipsos animæ eorum: et existima-

uerunt

uerunt quod non esset confugium a Deo, nisi ad ipsum Deum. De-
inde conuersus fuisse fuss eos, ut conuerterentur ipsi ad illum:
nam Deus est conuertibilis, misericors.

121. O qui credidistis, timete Deum, et estote cum seruis
122. Non fuit causa habitatoribus Medine, et iis qui
sunt circa eos ex Ambibus Scenitis, ^ retro remanere ^ cur
rent post Legatum Dei, et postpo amarent animas suas
plusquam animam eius. Hec euenit, quia ipsi, non affli-
gebat eos sitis, neque labor, neque fames pro uia
Dei: neque mouebant gressum, qui irritaret inimicos:
neque accipiebant ab hoste acceptionem [i. nocumentum]
nisi scriberetur ipsis pro hoc opus bonum: quia Deus
non sinet perire mercedem benefacientium
123. Et non expendebant expensam paruam, neque
magnam, neque transibant torrentem ullum: nisi scri-
beretur [i. conputaretur] ipsis, ut rependeret illis Deus
melius eo quod fuissent operati
124. Et non est conueniens, fidelibus, ut egrediantur
ad pugnam omnes simul. Quod si non egressus fuerit
ad prelium ex omni agmine ex ipsis una tantum pars,
remanentibus reliquis, ut instruantur qui remanent in
religione; et ut commoneant gentem suam, quando re-
uertuntur ad eos a prelio, de eo in quo ipsi instructi fuerint,
ne ipsi sibi caueant a diuino ultione: non enim recte
factum
125. O qui credidistis, pugnate contra eos, qui sunt e regio-
ne uestri [i. proximi uestri nel confines]: et inueniant in + ex finibus
uobis ^

uobis ~~salutarem~~ veracitatem: et scitote quod Deus est cum timentibus=
126. Et cum demissa fuerit sura aliquid, exit ex illis quidi=
cat & iocum: Quem uestrum auxit hec in fide? Verum eos
qui crediderunt, augebit illos in fide: et ipsi letabuntur.
127. At ueró, quorum in cordibus est morbus, augebit
illis abominationem ad abominationem eorum: et morien=
tur, et ipsi infideles.
128. An non uident quod ipsi uexantur quolibet an=
no sterilitate, et morbis semel aut bis: nec tamen con=
uertuntur neque ipsi commonefiunt?
129. Et cum demissa fuerit aliqua sura, respicient
alij eorum in alios, dicentes: An uidet uos ullus?
Nam si nullus uiderit, surgent, et fugient, ne audiat
Mahumetum, dum recitat suram illam. Tum uerò a=
uertentur. Auertit Deus corda eorum à ueritate, quia
ipsi sunt homines, qui non sapiunt.
130. Iam quidem uenit ad uos Legatus ex gentis ue=
stris, excellens: cui grauis est quod delinquitis: Sedulus er=
ga uos: cum fidelibus clemens, misericors.
131. Quod si rerginersati fuerint, dic illis: Sufficienti
mihi est Deus: Non est deus, nisi ipse: super eum innixus
sum: et ipse est Dominus Throni magni.

Note

129. Et qui construxerant Oratorium] Ita etiam hanc refert

Jelal: الذين اتخذوا مسجدا هم اثنا عشر من المنافقين مضارة لاهل مسجد قباء
وكفرا لانهم بنوه بامر ابي عامر الراهب ليكون معقلا له يقدم فيه من ياتي من عنده
وكان ذهب لياتي بجنود من قيصر لقتال النبي وتفريقا بين المومنين:

Qui

Qui Oratorium hoc construxerunt, fuerunt duodecim impij Mahumetani ad nocendum illis, qui orabant in Oratorio. Cab. Hoc ædificauerat Mahumetus postremum a prælio Tabuc; quod etiã apertè hic fundatum esse supra ostendimus, et ad inducendam infidelitatem. Iam fabricauerant illud iussu Abuhamer Monachi Christiani, ut esset ædificium sibi, et in quo reciperent illi, qui ab ipso mittebantur. Iam enim profectus erat ad Cæsarem, ut ab eo milites obtineret, quibus pugnaret contra Mahumetum. Alibi idem Gelal: فارسل جماعة هدموه وحرقوه وجعلوا مكانه كناسية تلقى فيها الجيف

et misit Mahumetus multitudinem hominum qui destruerent et incenderunt illud, projeceruntque illud in locum immundum, in quem cadauera projicerentur

1120. Super tres, qui relicti fuerant]. Fuerunt hi, quemadmodum scribit Gelal: مرارة بن الربيع وكعب بن مالك وهلال ابن امية

Marara filius Alrabyd: Caab filius Malec; et Halal filius Ommie, sed iuxta Tamchascerium fuerunt: ابو لبابة مروان بن عبد المنذر واوس بن ثعلبة وديعة بن حزام وقيل كانوا عشرة،

Meruan pater Lebane, filius Abdalmonder: Aus filius Thaalebe: et Vadia filius Haram. Alij dicunt hos fuisse decem.

Refutationes.

1. Nullam pretermittit occasionem Mahumetus rem suam curandi: quamobrem fingit, iubere se a Deo expiare peccatum eorum, qui ad bellum Tabucense proficisci noluerant, quamuis deinde resipuissent: sed expiare ipsorum pecunijs. Quod deinde ita Gelal: فاخذ ثلث اموالهم فتصدق بها

et accepit tertiam partem facultatum eorum, et erogauit ea

π et inter fideles ponere dissidium.

in elemosynas: nempe in stipendium militum, qui pro se decertauerant. Sed rapacitatem suam pietate coloneras: et preuium pretium accipit spoliatione miserorum illorum, qui ad prelium pergere recusauerant

2. Impudentissimè mentitur Imperator, dum Deum in Euangelio aliquid circa bellum statuisse confingit. Imò neque in Lentareucho promisit unquam Paradisum, his qui pro religione pugnassent: neque ibidem prelia ulla pro religione instituit, uel mandauit. Agitur quidem in Euangelio, aliisque sacris libris, quos Apostoli conscripserunt; de bellis certaminibus, sed spiritualibus, et contra demones ac uitia. Verùm bella huiuscemodi neque curauit unquam, neque nouit Mahumetes

3. Fabulæ prorsus dubiæ sunt, quæ de Abraham, eiusque precibus pro defuncto patre his habentur. Nihil huiusmodi in Lentareucho reperitur. Sed Mahumetes more suo Lentareuchum cum Thalmude confundit

سورة يونس مكية
مآية وتسع ايات

SVRA X.

IONAS.

MECCANA

centum, ac novem commatum.

In

In Nomine Dei Misertoris Misericordis

1. A.L.R.M.* I. sta sunt signa libri Sapientiæ [i. periodi Alcorani sapienter dispositi] *2

3. An visum fuit hominibus Meccanis prodigium, quòd reliquerimus ad unum ex ipsis, dicentes: Comminare hominibus infidelibus diuinam ultionem: et euangelizæ ijs qui crediderunt, quòd ipsis est preciosa ueritatis [i. merces bonorum operum preparata] apud Dominum suum. Dixerunt infideles: Certè hic [i. Mahumetus] est magus manifestus.

4. Profectò Dominus uester est Deus, qui creauit Cælos et terram in sex diebus: deinde consedit super thronum ut moderaretur res. Non est ullus intercessor, nisi post nutum eius. Iste est Deus Dominus uester: itaque seruite ei. An ergo non commonefieris.

5. Ad eum erit reditus uestrum omnium. Promissio Dei circa hoc uera est. Quippe ipse producit creaturam: deinde reditum faciet eam ad se in resurrectione; ut retribuat ijs qui crediderunt, et fecerunt recta, cum æquitate. Qui uerò fuerunt infideles; ipsis propinabitur potio ex aqua feruenti, et infligetur supplicium dolorificum, eo quòd fuerint increduli

6. Ipse est qui posuit solem in splendorem, et lunam in lumen: et disposuit eam in stationes, ut sciretis numerum annorum, et computum. Non creauit Deus hoc, nisi cum ueritate. Distinguit signa hominibus, qui sciunt

7. Porrò in uariatione noctis, et diei, et illius quod crea-

uit Deus in Cœlo et terra, dant signa hominibus ut timent Deum

3. Certè qui non sperant occursum nostrum [i. diem resurrectionis], et complacent sibi in vita mundana, et securi quiescunt in ea: et qui sunt de signis nostris negligentes:

4. Ait: receptaculum eorum erit ignis; pro eo quod secuti fuerunt.

29. Qui verò crediderint, et fecerint recta: diriget eos Dominus eorum in fide ipsorum. Current sub illis flumina in hortis voluptatis

10. Precatio eorum in illis erit: Laus tua o Deus. Et consolatio eorum in ipsis erit: Pax. Et finis precationis eorum erit: Laus Deo Domino a seculorum

a. Mundorum

10. Quòd si accelerare Deus hominibus malum iuxta desiderium ipsorum ut acceleretur sibi bonum: certè decisa fuisset eis meta eorum [i. iam malè perijssent.] Quamobrem sinimus eos, qui non sperant occursum nostrum, ut in errore suo stupida mente versentur

13. Et cum tetigerit hominem nocumentum; precabitur nos in latus suum [i. iacens] sive sedens, sive stans. Cum autem eleuauerimus ab illo nocumentum eius; transibit [i. pergit in peccatis suis] ac si non invocasset nos ad pellendum nocumentum, quod tetigerat eum. Ita adornatum fuit scelestis, id quod operati sunt.

14. Et iam quidem perdidimus generationes ante nos, o Mecca cui ob id quod inique, postquam inique egissent; et venisset ad eos Legati eorum cum evidentibus argumentis, neque adduci ipsent, ut crederent. Ita remuneramur homines scelestos patrantes.

14.

14. Deinde presumus nos successores in terra post eos; nec interficiemus quamdo operuerint.

16. Et cum accitant illis signa nostra cum manifestatione, non sperant qui [illegible] occursum nostrum: Asser Alcoranum aliumve preter hunc, aut immutet. Respondeo: Nondat meum ut immutem illum[a] ad libitum meum: non sequor nisi quod revelat mihi. Quidem timeo, si inobediens fuero Domino meo, penam rei magne.

17. Sic: Si voluisset Deus, non legisset illum nobis, nec educisset nos in eo. Jam porrò anteriores sumus inter nos etatem quadraginta annorum ante illum. An ergo non intelligitis?

18. Quis verò est iniquior, quàm qui comminiscitur contra Deum mendacium, vel falsitatem fingit in signis eius nostris? Certè non prospe rabuntur scelestè agentes.

19. Et colunt preter Deum quod non nocet ipsis, neque prodest ipsis: et dicunt: Hi sunt intercessores nostri apud Deum. Respondeo: An docetis Deum id quod non sciat in Celis, neque intra eos? Laus eius: et procul absit ab eo quod associant illi

20. Et non erant homines, nisi gens una [i. unius religionis.] Atqui discordes fuerunt inter se: et si non precessisset verbum [i. decretum] precessisset a Domino tuo: certè decisum fuisset inter eos circa id, in quo discordes erant.

21. Et dicunt ironicè: Non ne demissum fuit ad nos signum a Domino suo? Respondeo porrò: Certè Arcanum pertinet ad Deum. Expectate ergo. Certè ego vobiscum eorum ex expectantibus.

22. Et cum gustum fecissemus homines misericordiam post damnum quod attigerat eos: ecce ipsis dolus in signis

a. ex secutus anima mea: si

b. exaltetur

c. Si non

nostra [i. labore et industrie geruntur contra illos]. Dic illis: Deus uelocior est ad solum, quàm uos. Profecto Legiones nostri, [i. Angeli Custodes] scribunt id quod laboris agitis.

[* i. naues cum hominibus]

℣. Ipse est qui prebet nobis iter per continens, et mare doctes fluctibus in nauibus: et* currunt cum eis* cum uento bono, et lætantur in eo. Venit ad eos uentus turbinosus; et uenit ad eos fluctus ex omni loco; et existimant se circumclusos esse: + Incipit nouus uersus 24 apud quosdam sed non bene

inuocant Deum quia exhibentes illi religionem, ac dicentes: Certè si liberaueris nos ab hoc periculo, sanè erimus ex gratis agentibus tibi.

℣. Sed postquam liberauerit eos, ecce ipsi violenter se gerunt

a. violentia

in terra sine ueritate. O homines, certè a iniqua acquisitio uestra est contra animas uestras, ad fruitionem uite mundane: deinde ad nos erit reditus uester: tum enarrabimus uobis id quod fuerit operatus.

℣. Certè similitudo uite mundane est. Sicut aqua, quam demisimus e Cælo, et commiscuit se cum ea germen terre, ex quo uescuntur homines, et pecora, donec acceperit terra elegantiam suam, et ornata fuerit herbis et floribus: et existimauerunt habitatores eius se florere gorentes suis ea [i. de fortunos eius fructibus]. Venit ad eam ingenium nostrum noctu, uel diu, et uendidimus eam de mensam, quasi non fuerit diues ipsdem rebus, hesterna die. Ita distincte progonimus signa hominibus, qui ea mente se uoluunt.

℣. Et Deus inuitat ad domum Lucis [i. Paradisum]: et dirigit quem uult in uiam rectam

℣. Illi qui benefecerint, retribuet optimum [i. Paradisum], et additamentum [i. uisio Dei]: et non operiet facies eorum nigredo, neque uilitas. Ili erunt habitatores Paradisi; ipsi in ea perennabunt. Qui uero peregerunt mala, erit illis retributio

da capo col num.°

mala

mali, siue illa, que operati sunt; et opera eorum uilitas. Non erit illis a Deo ullus responsor: non scient ac si cooperta fuissent facies eorum pauore noctis tenebricosa. Sti sunt habitatores Ignis: ipsi in eo perpetuò morabuntur.

Nōe.

Inscribitur hec Sura يونس Jonas, quia in ea de Prophetia Jonæ fit mentio. Quid autem de eo Arabes fabulentur, suo loco ostendimus. Suram Jone Legentibus, Auctore Bedauio, أعطى من الاجر عشر حسنات بعدد من صدق بيونس وكذب به وبعدد من غرق مع فرعون dabitur merces decem bonorum (seu premiorum) iuxta numerum eorum, qui Jonam, ut ueracem secuti sunt; et eorum, qui ut mendacem reiecerunt: et iuxta numerum eorum, qui cum Pharaone submersi sunt. Sura communiter inscribitur Mecana. Excipiunt non nulli duo uel tres uersus, quorum primus incipit: Quod si fuerit in dubitatione; et usq; 95. Aliqui etiam excipiunt uersum 41, qui incipit: Et cui ipsis aliquis credet in eum. Numeru uersiculorum centum ac nouem assignant: quidam tamen unum superaddunt, ut sint centum ac decem!

2. Magus] Arabice quidam legunt ساحر Magus; et refertur ad Mahumdum: quidam uero سحر Magia, et referunt ad Alcoranum

5. Et digessit eam in stationes] Explicat Jelal: وقدره من حيث سيره منازل ثمانية وعشرين ليلة من كل شهر ويستتر ليلتين ان كان الشهر ثلاثين يوما وليلة ان كان تسعة وعشرين يوما Et mensuram quoad cursum in stationes uiginti et octo noctium quolibet mense: et abscondit duabus noctibus, si fuerint menses triginta dierum: una uero nocte, si fuerint dierum uiginti ac nouem.

19.ᵐ Et non erant homines, nisi gens una] i. unius religionis & sanctitatis, ut exponit Selah: على دين واحد وهو الاسلام من لدن ادم الى نوح وقيل من عهد ابراهيم الى عمرو بن لحي: unius religionis, nempe & sanctitatis, a tempore Adam usque ad Noe. Vel, ut alij placet a tempore Abrahe usque ad Amrum filium Jahic. Paulò aliter Zamchascerius: ماكان الناس الا امة واحدة حنفآء متفقين على ملة واحدة غير ان يختلفوا بينهم و ذلك فى عهد ادم الى ان قتل قابيل هابيل وقيل بعد الطوفان: Non erant homines, nisi gens una, ortodoxi, concordes in una religione, absque schismatibus inter se: et hoc tempore Adæ, donec Caim interficit Abel. Alij dicunt: transactum filiorum. Audiendus est etiam Jahias: وماكان الناس الا امة واحدة يعنى على الاسلام فمن بين ادم الى نوح فى تفسير قتادة فاختلفوا حين انتهم الانبياء فامن بعضهم حين انتهم الانبياء وكفر بعضهم. Et non fuerunt homines nisi gens una, i. unius religionis & sanctitatis, ut exponit Cottarius: et hoc ab Adam usque ad Noë. Discensserunt autem inter se quando ueneruntad eos Prophetæ. Quidam enim, cum ij aduenissent, crediderunt: quidam uerò credere noluerunt

~~20. Etiò deinum pertinet ad Deum.] Vox Arabica الغيب Arcanum, ut hic loci inuenio Selah~~

~~: quod sunt creaturæ: nempe quòd natio eius venit ad Deum, et ab eo tunc miraculo, neque fuit ea nisi ipse: ad me unè [inquit Mahumetes] nihil spectat nisi predicare~~

20. Lebet uobis iter]. Duplex est hic lectio. Quidam enim legunt يسيركم .. yrebec uobis iter: seu, ambulare facit uos. Quidam uerò يبثكم dispergit, seu, disseminat uos. Notanda est autem in hoc uersiculo, mutatio personæ secundæ in tertiam. Huius-

modi

modi mutationis persone, numeri, et temporis, frequentissime sunt in Alcorano: et puto Mahumetum in hoc non tam prophetico stylum affectasse, quàm amentiam, et ossecitantiam suam prodidisse

24. Certè similitudo uite mundane Prosperiori et obscuriori uerborum circuitu comparat sic humane uite felicitatem terre herbis ac floribus ornate, ex qua dominus illius etiam suberes fructus capereret. Et interim tempestates ad Dei ingeniu sacrorta, herbarum florumque ornamentis penitus spoliatur

Refutationes

1. Non solum hic u.3., sed alibi etiam dicitur in Alcorano, Deum post sex dies creationis استوى على العرش, adequasse sese, seu consedisse sup thronum. Neque uerò hoc mystico seu figurato accipiunt Moslemi: sed literaliter omnino, et prout uerba sonant, intelligunt: Quasi in Deo detur mutatio aliqua situs, uel loci: uel thronum aliquem, quem Deo indequaque repleat, et coequet, possideat. Mira uerò, ac torrentoza sunt, que de hoc throno fabulantur: Sed non est hic ocium referre

2. Dum Meccani affirmant se colere Dium suos tanquam intercessores apud Deum: ineptè redarguit illos Mahumetes, qui non solum Sanctorum intercessionem cum Moslemis suis agnoscit, et fatetur: sed etiam futurum se pro omnibus creaturis in die Judicij intercessorem declaratur. Rectius sanè sentiret, si eos culparet, quod illi quos colebant homines celestis essent, et cultu prorsus indigni: uel etiam quod cultus uni Deo debitus, non essent colendi.

3. Non videtur dubitandū, quin per longum temporis mortales
unicuiq; eandem religionem seruauerint. Et quidem ab Adam,
vsque ad Diluuium inclusiue, vnam in Orbe religionē fuisse,
in qua Deus unus agnoscebatur, & colebatur, nec nisi post
Diluuium idololatriam in Mundum inuectam fuisse, commu-
nior est tam Christianorū, quam ^Mahumetanorum opinio. Et ni-
hilominus Mahumetus non semel in Alcorano, & præsertim su-
ra 71. ꝛ̄ Noë, manifestè indicat etiam ante Diluuium idola
culta fuisse, & ipsum Noë contra illa prædicasse: quod, ut su-
perius ostendimus, mendacij facillimè conuincitur. Illud ue-
rò, quod Selal, et alij & Moslemis autumant, religionem
illam unam, quam uniuersi profitebantur, fuisse Islā Es-
lam: illam scilicet, quam Mahumetus docuit, et Mahumetani
tenent: omnino explodendum est; et Alcorani ipsius uerbis re-
pugnat. Porrò si pro religione اسلام, intelligamus illam,
quæ Deum unum ac uerum colit, certis q̄. sacris, ac ritibus
(non tamen Mahumetici superstitionibus) ueneratur, et
Legem naturæ, rectè tamen, et non deprauatè, obseruat;
et Dei præcepta, quæ instituerint, custodit: non negabi-
mus huiusmodi religionem ab Adam usque ad *Diluuium
inter mortales communem fuisse. Atverò nullo modo con-
sistere potest id, quod & Gotada pronunciat Jahias, & in Alco-
rano quoque non semel innuitur; nempe, tunc homines reli-
gionem mutasse, siue in ea inter se discordes fuisse, cum
Prophetæ ad eos missi sunt. Si enim hoc uerum esset, minus
certus foret ille, quo & Deus ad homines misisset, nempe
ad æternam ipsorum ruinam. Ex Alcorano patet oppositum;

^ Hebræum, et ipsos.

quam

quamuis Alcoranus in hoc quem ad modum et in aliis plurimis non sibi constet. In eo enim inducuntur Prophetæ omnes, seu Legati, ut Noe, Hud, Saleh, Isaiah, Moyses, Jonas &c. missi ad suas gentes, priusquam illæ a vera religione ad idolatriam desciuissent. Quod si antea omnes recte credidissent, non erat cur mitterentur Prophetæ, præsertim cum aduentus eorum nisi dissentiones, et schismata in religione esset paritu-ros. Impiè uerò Mahumetus tribuit diuino decreto, et uelut præordinationi hoc tam magnum hominum scelus et impietatem, sicut et cætera peccata: nec erubescit eo-dem Autorem facere Deum. Hunc Prophetæ fuisse omnes Mahumetani ferè omnes, ac præsertim Turcæ docent, ac miror fuerint, qui existimantes, dum peccant, nec-essario, et ex imperio Dei necessitantis peccare

4. Constat apertè hic eos u. 20. Mahumetum nec fecisse mi-racula, nec facere potuisse: dum de his a Meccanis requiritur, respondet: id Deum, non ad se miracula pertinere: suum mu-nus esse, non mira patrare; sed Alcorani prædicare. Cæte-rùm si antea miracula illa fecisset, quæ ipsem Moslemi ascri-bunt; hic eos exposcisset, nec illo modo petiuisset, præ-sertim cum toties iactet prodigium illud stramineum uicto-riæ Bedrensis, et alia huiusmodi miraculorum quisquilias: quibus tamen malè poterat hic se tueri: miracula enim uolebant Meccani; non nugas, et inepties. Sed de hoc uide Prodromi §. Rotando. Vnum uerbum uersiculi 20: Illis quibene fecerint, (attribuet) الحسنى Optimum: Ἀγαθὸν τὸ κάλλιστον. Dicemus hoc-loco, l'Ottimo. Hoc autem optimum æstimat Selal, esse الجنة Paradisum. Quod autem subditur, وزيادة et additamentum

parte seconda
Alcorano

seu appendix: acyclicar idem Selah النظر اليه aspectuy in eum
idest, in Deum, seu uisio Dei. Quasi uerò in cœna felicitatis,
uisio Dei esset aliquid supernaturalitum, non autem summa et
maxima Beatitudo, &c, quæ omnia alia Lauadisi felicitas
est uerè quædam appendix et additamentum. Ita sentiunt
de Lauadisi deliciis brutalibus Mahumetanorum ingenia

Sedens Alcorani

29. Et die quadam congregabimus eos omnes: tum dicemus iis
qui asciuerunt: Ad locum uestrum secedite uos, et socij ue-
stri [i. dij eorum]. Et ponemus distinctionem inter eos: et dicent
socij eorum: Non nos colebatis.

29. Et sufficit Deus ad testem inter nos et inter uos, quòd fue-
rimus de cultu uestro sanè parùm curantes

30. Ibi experietur omnis anima id quod præmiserit [i. recipi-
et mercedem operum suorum præteritorum]; et reducentur ad
Deum Dominum suum uerum: et abscondet se ab eis id quod
commenti fuerant [i. dij eorum]

31. Dic: Quis enutrit uos e Cælo, et terra? Aut quis habet
dominium auditus et uisus? Et quis educit uiuum ex mor-
tuo, et educit mortuum ex uiuo? Et quis gubernat res? Re-
spondebunt sanè: Deus. Dic ergo: An igitur non timebi-
tis eum?

32. Sic itaque est Deus Dominus uester uerus: et quid-
nam reliquum est post ueritatem nisi error? Quomodo
ergo auertimini a fide?

33. Ita uerificatur uerbum Domini tui super eos, qui
increduli sunt, quòd ipsi non credant

3 A

34. Dic: An est ea socijs uestrij, qui producat creaturam? deinde dicit facit eam ad se? Dic: Deus condit creaturam; deinde dicit facit eam ad se: quomodo ergo auertimini a cultu illius?

35. Dic: An est ea socijs uestrij qui diligat ad ueritatem? Dic: Deus diligit ad ueritatem. An ergo qui diligit ad ueritatem iustius est, ut habeat sectatores; an qui non diligit nisi diligatur? Quid ergo est uobis quamobrem ita iudicetis?

36. At non sequuntur plerique eorum nisi opinionem. Porrò opinio non acquirit de ueritate quidquam. Certè Deus est scius de eo quod faciunt

37. Et non est hic Alcoranus talis ut confictus sit ab aliquo prete Deum: Sed est uerificatio illius quod reuelatum fuit ante eum; et declaratio Libri [i. Pentateuchi et Euangelij] pò est dubium de eo; traditus est a Domino seculorum a Mundorum?

38. An dicent: Confinxit eum Mahumetus; respondeo: Atqui asserere Suram unam sicut Suras illius: et aduocate quem potueritis, ut adiuuet uos ad hoc, prete Deum, si estis ueraces.

39. Verum mendacij insimulauerunt id cuius non comprehendunt scientiam [i. Alcoranum] et nondum uenit ad eos interpretatio eius [i. uerificatio eorum que precesserunt circa supplicium ipsorum]. Eodem modo mendacij insimulauerunt qui fuerunt ante eos, Prophetas suos. Verùm aspice quomodo fuerit finis Iniquorum

40. Et ex illis aliquis credet in eum: et ex illis aliquis non credet in eum [i. in Alcoranum]. Et Dominus tuus

est scientissimus quinam sint corruptores.

41. Quod si mendacij te coarguerint; dic: Mihi sit opus meum, et vobis opus vestrum: vos eritis immunes ab eo quod faciam: et ego ero immunis ab eo quod faciétis

42. Et ea illis aliqui aures præbebunt tibi recitanti Alcoranum: an ergo tu audire facies surdos, etiamsi non intelligant?

43. Et ex illis quispiam aspicier ad te: an ergo tu dirriges cæcos, etiamsi non videant?

44. Certè Deus non agit iniquè in homine ullo in re: verùm homines animas suas iniquè tractant.

45. Et die quadam congregabit eos: et erit, quasi non mo-
rati fuissent in mundo nisi una ~~mo~~ hora eo die. Co-
gnoscent se se mutuò inter se. Jam perierunt, qui ut fal-
sum negabant occisum Dei; et non fuerunt rirecti

46. Et sive faciamus te videre partem illius, quod comminamur illis: sive defungi faciamus te; ad nos tamen erit reditus eorum: tum Deus erit testis super id quod faciunt

47. Et unicuique genti missus fuit Legatus: cumque venisset ~~ad eos~~ Legatus eorum, decisum fuit inter eos cum equitate, et ipsi non sunt tractati iniquè.

48. Et dicunt infideles fidelibus: Quando eveniet hæc cō-
minatio supplicij a Deo, si estis veraces?

49. Respondeo: Non possideo animæ meæ nocumentum, neque iumamen [i. non est in potestate mea accersere a Deo quod no-
ceat vel prosit], nisi quantum voluerit Deus. Unicuique gen-

ti meæ

ti meta statuta est: cum uenerit meta eorum, non procrastinabunt unicam horam, neque pregrediuntur penam sibi statutam

50. Dic: An existimatis, si uenerit ad uos iunitio eius nocte, uel die, quid accelerabunt de ead scelerata patrantes? a/i. Dicite mihi]

51. An tunc cum inciderit uobis pena, credetis in eã? Sed nunc dicetur uobis: Nunc creditis, et cupitis eam differre? Atqui iam illam accelerabatis

52. Tunc dicetur illis qui impij fuerunt: Iustare penam et credituri estis: an accipitis mercedem nisi illius qui fuistis operari?

53. Et capient scire ate an uerum sit hoc. Dic: Certè per Dominum meum hoc est sanè uerum: neque uos infirmatum est Deum ne uos puniat.

54. Quod si profectò unicuique anime que iniquè impie se gestis, cuiscr quidquid est in terra, certè redimeret se eo tempore in die Iudicij. Et celabunt genitudinem suam magistri infidelitatis, ne exprobretur illis ab aspectu suis decepta eorum, postquam uiderint penam: et decidet inter eos cum equitate: et ipsi non tractabuntur iniquè.

55. Nunquid non est Dei id quod est in Celis et terra? Nunquid non promissio Dei uera est? Sed plerique eorum nesciunt hoc

56. Ipse uiuificat, et mortificat: et ad eum reducemini in die Iudicij

57. Homines: iam uenit ad uos exhortatio a Domino uestro et Alcoranum; et medicamen ad id morbi quod est in pectoribus uestris; et directio et misericordia fidelibus.

58. Dic: Per gratiam Dei et et misericordiam eius fuit

hoc: in hoc ego Letentur: hoc melius erit quàm quod congre-
gant de rebus mundanis:

59. Dic: Quid nobis iuuerit? id quod demisit Deus nobis de
alimento, et peccatis eo eo illicitum et licitum: dic (inquã)
An Deus concessit nobis hoc: an de Deo mendacia confingis?

60. Quę uerò est opinio eorum qui comminiscuntur de
Deo mendacium in die resurrectionis? Certè Deus est pre-
ditus liberalitate erga homines: sed plerique eorum non
agunt gratias illi

61. Et non erit in ullo statu: neque leges de eo et de il-
corum: neque faciet aliquid operis, nisi simus sub uoce eius,
cum uersamini ad illo. Neque Later Dominum tuum pon-
dus unius formicule in terra neque in Cælo, neque aliud
quod sit minus illo, neque maius: nisi scriptum sit
in Libro manifesto [i. in tabulis custodita]

62. Non ne sanè amici Dei erunt in statu, in quo
non erit timor super eos, neque ipsi contristabuntur?

63. Qui credidêrint, et timuerint Deum, ipsis erit gau-
dium nuncium in uita mundana, et in altero seculo.
Non est immutatio uerbis Dei. Hęc erit felicitas magna

64. Et ne contristet te dictum eorum: nam potes-
tas est Dei uniuersa: ipse est Auditor, Cognitor.

65. Nonne Dei est quisquis in Cælis, et quisquis in
terra reperitur? Et quid secantur ij qui inuocant
præter Deum alios Deos illius socios? si secantur aliud nisi
opinionem: et si ipsi non nisi mendacijs innitentur

66. Ipse est qui constituit nobis noctem, ut quiescatis in ea:

et

et diem consyderum. Certè in hoc sunt signa hominibus qui audiūt.

63. Vicus Judei et Christiani: Suscepit Deus prolem. Laus eius: ipse est Vives: illius est quod in Celis et quod in terra reperitur. [a] Non est apud nos ulla paterna [i. ullum argumentum ad probandum] in hoc. An loquimini de Deo id quod nescitis?

a. Si primus

68. Vic: Certè qui comminiscuntur aduersus Deum mendacia, non prosperabuntur

69. Fruitio [modica] erit illis in mundo: deinde ad nos erit reditus eorum: tum faciemus eos gustare pœnam uehementem, eo quòd fuerunt incredduli

70. Et recita illis historiam Noë: cum dixit genti suæ: O populus meus; si molesta est uobis consistentia mea [inter] uos et commonitio mea de signis Dei: ego sum Deum innitor: uos congregate [b] uim uestram, et socios [i. Deos] uestros: at non sit negotium uestrum sum uos obscuritas [i. apertè agite quod agitis]: tum decernite aduersum me: et ne expectetis me [i. citò facite quod facturi estis]

b. facultatē uestram

71. Quod si regressi fueritis a prædicatione mea; non peto a uobis pro illa [c] mercedem: si est merces mea, nisi apud Deum: et iussus sum, ut sim ex mansuetis

c. aliquid mercedis

72. At uero mendacij redarguerunt eum: et liberauimus eum, et qui erant cum eo in Arca: et posuimus eos successores [i. sibi inuicem succedentes in terra] et demersimus eos qui falsitatem confinxerant in signis nostris. Aspice ergo qualiter fuerit finis commonitorium a Noë

73. Deinde misimus post eum legatos ad gentes ipsas cum: uenerunque ad eas cum claris argumentis [miraculo-

cum

cum. Non tamen fuerunt dispositi ut crederent in id quod ut
falsum reiecerant antea. Ita sigillum imprimimus suggerda
eorum prevaricantium

74. Deinde misimus post eos, Moysen et Aaron ad Pharaonem,
a. proles et populum eius cum signis nostris: sed superbe se se gesse-
runt, et fuerunt homines sceleresi.

75. Cumque venisset ad eos veritas a nobis, dixerunt: Hoc est
b. sic haec nisi certe hoc prestigium manifestum

76. Dixit Moyses: An dicitis de veritate postquam ve-
nit ad vos? An prestigium est hoc? Atqui non proferabunt
prestigiatores

77. Dixerunt: An venisti ad nos ut avertere nos ab eo in
+ [1. ab ea religione] quo invenimus patres nostros; et ut sit nobis dubius imperi-
b. praedicat. um in terra? Ac non sumus nos nobis credentes. Et
mentis

78. Et dixit Pharao: Adducite ad me omnem magum
peritum.

79. Cumque venissent magi, dixit illis Moyses: Proicite
quod vos estis proiecturi [i. iungas seu funes]

80. Et cum proiecissent, dixit Moyses: id quod attuli-
stis prestigium, certe Deus max evanescere faciet illud:
nam Deus non dat progenium successum operi corrupten-
tium. depravantium

81. Et confirmabit Deus veritatem in verbis suis, etsi
amsi renuant scelesti putantes.

82. Et non crediderunt Moysi, nisi generationi ex gen-
te eius, propter timorem ex Pharaone et principum
eorum [i. eius], ne affligeret eos: et quidem Pha-

raon

quod erat sanè superbus in terrâ: et recitè ipse erat
eo exorbitantibus
83. Et dixit Moyses: O populè meus, si credideris
in Deum, etiam sub ipsum inniteminì, dicente
mi.
84. Respondeuns ego: Super Deum innixi sumus. Domine
mostrâ, ne pona nos in tentationem gentibus iniquis [i. ne
sinas nos uexari ab illis]
85. Et libera nos à misericordiam tuam ab hominibus in-
fidelibus.
86. Et inspiravimus ad Moysen, et fratrem eius, dicen-
tes: Construite genti uestræ in Aegypto domos: et facite
domos uestras locum ad[a] quem conuertamini in orando: et stare
facite orationem: et euangelizate fidelibus
87. Et dixit Moyses: Domine nostrâ, tu certè dedisti
Pharaoni, et [b]populo eius ornamentum et facultates in ui-
ta mundana. Domine nostrâ [ut] errare faciant à uia tua.
Domine nostrâ abole facultates eorum, et obdura corda eo-
rum, ita ut non credant, donec uideant pœnam dirucientes.
88. Dixit: Iam exaudita est oratio uestra: recti ergo estote;
et ne sectemini semitam illorum qui non credunt ignorâ
89. Et traduximus filios Israel à mare: et insecuti sunt
eos Pharao, et exercitus eius uiolenter et hostiliter, donec
apprehendit eum submersio. Dixit cum submergeretur: Credo
quòd non est deus, nisi ille quem credunt filii Israel: et
ego sum ex Moslemis. Pse
90. Dixit ei Gabriel: Nunc credis? et iam rebellis fuisti ante

a. conuertatis

b. proceribus

et fustibus depruuantibus.

§1. Adhuc porrò educemus te è mari cum corpore tuo, ut sis ibi, qui erunt porro in signum: et certè multi ex hominibus de signis nostris sunt (hactenus) negligentes

§2. Et jam quidem dedimus ad habitandum filijs Israel habitationem securitatis, et præbuimus eis ad sustentationem (ex bonis) a quæ bonis; neque discernunt inter se circa religionem, donec veniat ad eos scientia. Porrò Dominus decidet inter eos die resurrectionis circa id, in quo discordes fuerunt. ^ tuus ^

§3. Quod si fueris in dubitatione de eo, quod demisimus ad te circa aliquas historias: interroga eos, qui legerunt librum Pentateuchi ante te. Jam quidem venit ad te veritas à Domino tuo: ne ergo sis ex dubitantibus.

§4. Et nullo modo sis ex ijs, qui mendacia confingunt in signis Dei, ne sis ex pereuntibus.

§5. certè illi sunt quos decretum est verbum Domini tui [i. qui prædestinati sunt ad gehennam], non credent.

§6. Etiamsi venerit ad eos omne signum, [i. miraculum] donec videant pœnam dirucianem.

§7. Quod si ita non esset: fuisset aliqua Ciuitas, quæ credidisset antequam punirentur à Deo, et profuisset ei fides sua. Sed populus Jonæ postquam crediderunt, relevatum est eis supplicium ignominiæ in vita mundana; et sinimus eos frui usque ad tempus.

§8. Quod si voluisset Dominus tuus, certè credidissent qui sunt in terra omnes simul. An ergo tu cogis quemquam hominum, ut sint credentes? Sed Deus hoc non vult

P. 133i

7 Jan 1

§§.

99. Et non est anime ut credat, nisi p̄ uoluntatem Dei.
Et ponet Deus abominationem suggestu qui non intelligūt.
100. Dic: Despicite id, quod est in celis, et terra: et
non prodeunt signa, et comminatores hominibus, qui
non credunt [i. quos predestinauit Deus ne crederent]
101. An ergo expectant qui tibi non credunt, nisi dies
sicut dies eorum qui preceperunt ante eos? [i. genam
incredulitatis eorum]. Dic: Expectate: certè ego uobis-
cum eo ex expectantibus
102. Deinde liberauimus legatos nostros, et eos qui credide-
rant: ita debitum est nobis, ut liberemus fideles
103. Dic: O homines, si estis in dubio de religione mea,
certè non colam quos colitis preter Deum; sed colam Deum,
qui mori faciet uos. Et iussus sum, ut sim ex fidelibus.
104. Et dictum preceptum fuit mihi: Statue faciem
tuam ad religionem Orthodoxy: et ne sis ex adorantibus.
105. Et ne inuoces preter Deum id quod non prodest
tibi, neque nocet tibi. Quod si hoc feceris, certè tu pro-
cul dubio eris ex iniquis
106. Quod si tetigerit te Deus nocumento, non erit qui le-
uans illud, nisi ipse. Et si uoluerit te cum bono [i.
habere aliquod bonum], non erit qui retrahens liberalitatem
eius. Conferet illud cui uoluerit de seruis suis: et ipse
est Indultor, Misericors.
107. Dic: O homines, iam uenit ad uos uerum a Domino
uestro. Qui ergo directus fuerit, utique directus erit, a-
anime sue. Qui autem errauerit; utique errabit con-

tra eam [i. animam]: Et non sum ego iuge uos proua-
uator.

108. Et sequere, quod inspiratum tibi: et patienter fu-
ture, donec iudicet Deus: nam ipse est optimus
iudicantium.

Note.

30. Expedietur anima]. Quidam legunt تبلوا explaietur: qui-
dam uero تتلوا Leget uel sequetur.

50. An existimatis]. Arabice: أرأيتم: exponunt commu-
niter اخبروني annunciate, uel dicite mihi. Propriè uertas,
an uidistis? Fortè non male: quid uobis uidetur? Illa au-
tem uerba: quid accelerabunt de da celesta patratus; sunt
iuxta Selal للتهويل ad incutiendum terrorem: ita ut significet.
ما اعظم ما استعجلوه: quam magnum est, quod accelarant!

70. Addernite aduersum me] Est hic duplex lectio: اقضوا
addernite, uel, iudicate: et اقضوا uenite, uel, assurgite.

80: quod attulistis, prestigium]. Hic etiam duplex est lectio:
ماجيتم به السحر: quod attulistis prestigium, uel, est prestigium.
et ماجيتم به أسحر: quod attulistis, an est prestigium?

86. Locum, ad quem conuertamini in orando] Unico uerbo
dicitur Arabicè قبلة Keblat: locus scilicet, seu plaga mun-
di, ad quam quis conuertitur dum orat. Quamobrem Mecca-
num delubrum dicitur قبلة; quia ad illud faciem uertunt,
ubicunq; sint, Mahumetani in precibus suis. Hoctamen loco
explicat Selal: مصلى تصلون فيه Oratorium, in quo oretis: ita ut
Israelitæ orarent intra domos suas secreto: nam, كان فرعون
منعهم عن الصلاة: Pharao prohibuerat eis orationem. At uero Cam-

cha-

Nascenij existimat, filios Israelitij præceptum fuisse, ut in
domibus suis tabernacula constituerent, quæ Meccanum templum
respicerent, itaut ad illud conuersi preces suas fundere-
rent.

88. Exaudita est oratio uestra] Iam ut ait Jelal
فمسخت اموالهم حجارةً ولم يؤمن فرعون حتى ادركه الغرق:
omnes facultates eorum conuersæ sunt in lapides: nec tamen credidit Pharao, donec submergi cœpit. Mium uerò, quod post quadraginta annos submersum fuisse affirmet

89. Et ego cum eis (Moysemij] Jelal: فلم يقبل منه
كرر ليقبل ودسّ جبرائيل في فيه من حماة البحر مخافة ان تناله الرحمة:
Iterabat has uoces crebrius, ut exaudiretur: sed non fuit exaudiendus, quia Gabriel oppleuit os eius cœno maris, timens ne misericordiam consequeretur a Deo

91. Hodie porrò educemus te] Jelal وعن ابن عباس ان بعض
بني اسرائيل شكوا في موته فاخرج لهم ليروه:
abbas, quosdam filiorum Israel dubitasse de morte Pharaonis. Quamobrem Gabriel eduxit cadauer eius ad litus, ut uiderent illud

97. Habitationem securitatis] Arabice مبوأ صدق expo-
nit Jelal: منزل كرامة وهو الشام ومصر: Habitationem honorificam:
nempe Syriam, et Ægyptum. Eodem modo Zamchascrius.

93. Quod si fuerit in dubitatione] Jelal فانه ثابت عندهم بخبرك
بصدقه: قال صلى الله عليه وسلم لا اشك ولا اسأل
Quia hic (i. liber) Pentateuchi] est stabilis et constans apud eos: et decebunt te de ueracitate eius. Respondit Mahumetus: Non dubito; et non interrogabo.

(xj). Sed pegulus Jone]. Minus quid mentio[ne] ff. trauisenniam, Jonæ
feceris titulum Iure, cum de Noë, Moyse, et alijs tam
multa loquatur. Imò et alijs in Iurij pctura quàm hic de
eo commemorantur. Sensus autem huius uersiculi est: Gen-
tes approbe ac prescire, etiamsi uideant omnia miracula,
nunquam tamen ad amplectendam fidem adducuntur,
donec prœsens sit pena eorum extrema: quemadmodum
uidere est in Thaanie, et Aegyptijs, et alijs. Sed ad
hæc regula accepti sunt Niniuitæ gentiles: qui uidi-
derunt, ut ait Ioël: وعند رؤية امارة العذاب لم يرجعوا الى حولهم
ubi uiderunt sibi pœnã comminari, nec distulerunt re-
uerti usque ad aduentum pœnæ ipsius. Liber hic uetus,
quę de Iona Arabice fabulantur, ex Gmadele Ebn-Alq
patre 1. cap. de Iona fideliter translata. Ipse est Jo-
quit) ذو النون Dhul nun (i. habitator piscis) et mater eius
uocabatur متي Mittai: neque ullus Prophetæ celebra-
tus est eo nomine matris, nisi Jonas, et Christus. Ie-
tum autem illum fuisse Israelitam de Tribu Beniamin, et mis-
sum a Deo post Isaiam filium Oziæ, qui ambo fuerunt regis
Israel. Misit autem eum Deus ad Niniuitas, qui idola co-
lebant: et profectus est ad eos cum uxore et filijs suis.
Cumque esset iam in ripa fluuij Tigris, cogitauit transna-
uare prior fluuium, et traducere prius familiam
suam. Sed in transitu submersus est filius maior: et ad-
ueniens lupus arripuit filium minorem: cumque ac-
cucurrisset, non uidit amplius uxorem suam. Cum igitur
in fletus erupisset, inrisit lacrimem, et scripti-
ende

endam sibi esse familiam amissam: pergeret modo in ur-
bem Niniuen, et predicaret ibi iuxta preceptum Dei. Et
cum Jonas peruenisset, cepisset que ciues illius ad ueram
religionem hortari: execgerunt eum cum iniuriis, et lapi-
dibus, et fustibus. Quamobrem in angustijs positus, di-
uinam opem implorauit: et a Deo ita instigatus, ubi
egressus est, comminans ciuibus diuinam uindictam ad
tempus prefixum, nisi conuertercentur. Misit autem
Deus sup eos nubem, in qua erant colores significantes penas
illis infligendam. Et diffusa est supra omnem illam
regionem: et progressa facta terre, cepit spargere scin-
tillas ignis, quibus uniuersa comburebantur. Quesierunt
autem Ninam, ut ignis opem ferret; sed non inuene-
runt. Tunc recurrentes ad auxilium illius Dei, quem
Jonas colebat, congregari sunt simul uiri, pueri, et mulie-
res: et egressi in apertum regionis, precibus, supplicatio-
nibus, ac gemitibus diuinam misericordiam implorauc-
runt. Exaudiuit autem eos Deus, et a flagello illo
liberauit. Interim aduenies Jonas, nec uidens presen-
tem penam, quam comminatus illis fuerat, et conuer-
sionis ac penitentie eorum ignarus; egressus est indigna-
bundus: iurauitque, se nunquam in patriam eo esse
rediturum. Scribit autem Beno-Sai Magrebinus, il-
lum naui ingressum fuisse in Sirim: sed nec ibi im-
morari uoluisse. Quamobrem Nauclerus persuadens
sibi id euenisse ob peccatum alicuius, qui esset in naui

capiensque rescisceret, quisnam hic esset, iecit sortes, ceciditque sors super Jonam, quem propterea in mare projecerunt, ubi deglutiuit eum cetus, et portauit eum usque ad urbem Bilam. Fuit autem Jonas in uentre ceti quadraginta dies: deinde euomuit eum in loco aperto: eratque uelut pullus auis, implumis. Orini autem fecit Deus super eum plantam cucurbitæ: et cum Gabriel manu sua rerigisset eum, restituit ei capillos, quos amiserat. Deus uero amice reprehendit eum de imprecatione ab eo facta contra populum suum; proposito igitur ad hanc rem quadam parabola. Iussitque eum redire in Niniuen, et restituit ei uxorem cum filijs. Cum uero Niniuen peteret, obuium habuit pastorem, qui se se agnoscendum illi exhibuit, iussitque eum gregem, et ciues urbis recognoscere. Egressus est autem obuiam illi Rex et populus, et magna cum lætitia introduxerunt in urbem, ubi ad mortem usque commoratus fuit. Hæc summatim ex Ismaele, in quibus plura sunt figmenta ac mendacia, quam fere ibi sapientiores Muslemi, Pseudoprophetæ sui exemplo, in locis historijs nugantur

Quotationes

1. Nihil magis a ueritate alienum dici potuit, quam quod Alcoranus confirmet, uel conformes habeat sacros libros a Deo antea traditos. Nulla huic æqua est probatione: satius est, si huic cum illis conferatur. Quod uero Mahumetes ad extrentandum Alcorani sui miraculum, et ad Mecanorum causam infirmandam, eosdem prouocet ad conscribendum aliud Alcoranum parem uel similem suo;

uel

uel saltem Suram aliquam, qua cum Suris illius posset comparari: id quod tamen Meccani nunquam facere potuerunt: nemo non uider, quàm friuolum, ac ridiculum sit. Quid, queso, in Alcorano est, siue uerba, siue sententiam respicias, quod miraculum oleat, et quinis, qui pecuini prorsus cerebri non sit, non possit pari, uel etiam meliori stylo conscribere? Ne Moslemi quidem sapientiores hoc audent negare. Sed uide que de hoc utroque argumento supra disseruimus: atque etiam in Prodromo p. 2.

2. Notandum est presertim hoc loco uastum Mahumeti ingenium, dum predicit Meccanos a Deo esse puniendos, cupiens & hoc se Propheram dementare. Nam ipsemet de Meccanis bello inuadendis cogitabat: et arma contra eos concitare suos parabat, quibus eos ingauisos, predonum in morem aggrederetur. Facile quinis predicit, ac diuinat ea, que facere iam constituit, factuque facilia sibi fore persuadet.

3. Sed arguit Mahumetus Meccanos, quòd ex pecoribus, aliisue rebus a Deo creatis, quedam licita, quedam uelò illicita constituant. Et forsasse meritò redarguit. Sed cur ipse hoc idem fecit in Alcorano? An quia Deus hoc ipsi non autem illis precepit? Non erit igitur ipse reprehendenda hec licitarum, illicitarumque rerum distinctio, cum Deus ipse illam precipiat: cur ergo turbas tantas homo fanaticus excitat quoniam illam contra suos conciues, qui eam pariter iure desendere poterant, licet gratis, sicut gratis assimabat ma-

Mahumetus, eam sibi a Deo precepram fuisse. Alium uero, quod cum plerosque superstitionis suę ritus a Meccanis idolatris acceperit ac retinuerit (ut Mahumetani ipsi fatentur) hunc adeo acriter insectetur ac reiiciat

4. Iterum in Iudeos et Christianos inuehitur, quòd Deo filium attribuant. Sed immeritò, ut superius ostendimus. Et duplici illius argumento: primò, quod Deus sit Dominus omnium rerum, nec alicuius filij ope indigeat: secundo, quòd de hoc nulla sit in sacris literis promissio; alibi satis superque satisfecimus. Et hoc, quid pertinet ad Christianos: nam de Iudeis patet merum esse mendacium.

5. Crambem recoquit infelicissimus caupo; et fabulas de Aaë, Moyse, et Charone in mensam retrudit, non sine plurium figmentorum paregoris. Et nihilominus tanta est impudentię, ut se omnia in Lentiscetis de Regerin constanter ascuerer. Illud uerò risum meretur, quod cum fingatur primò Deum precipere Mahumeto, ut si de his dubitaret, consuleret ipsos Iudeos, a quibus ueritatem posset addiscere: mox subijciat: ea omnia uerissima esse, ac proptereà nullo modo de his illi esse dubitandum. Quid ergo ad Iudeos de ueritate consulendos illum adegerat, si de ijs dubitatio aliqua sibi suborta erat, si neque ipse Mahumetus dubitaret (ut habetur ex traditione) neque cuiquam diuinum preceptum licebat ei dubitare? Respondet Zamchascrius:

يريد الله أن علم صدق حقيقة القرآن وحقيقة نبوة النبى ص

Volebat Deus ut sciretur eorum (scilicet Iudeorum et Christia-

nia-

stianorum) confirmaret veritatem Alcorani, et veritatem
Prophetæ Mahumeti. Ted volebat D. quod nullo modo
esse posset: Quomodo enim Lentarenchus, et Euange-
lium confirmaret id quod utrumque penitus destruebat?
Posito ueró, quod Mahumetus consulens Dei ipsum Judeos,
intellexisset ab eis nihil huiusmodi esse in Lentarenchi,
quale in Alcorano referebatur; quid tunc illi faciendum
erat? Cogebatur procul dubio fateri se se ab illo
suo ficitio deo, uel Gabriele decepsum fuisse, qui tam
fallacem ueritatis Alcorani sui regulam sibi præscripsis-
set, et Alcoranum ipsum abijcere, uel flammis deuouere.

6. Nusquam alibi Mahumetus manifestius aperit senten-
tiam suam circa diuinam prædeterminationem, quam hic
a uersiculo 95. usque ad centesimum: ubi diserte uerbis
pronuntiat, nulla ex parte ab humano arbitrio pendere re-
ceptionem fidei; sed a diuina tantum uoluntate, ac de-
creto ~~prædeterminante~~ necessitante. Quamobrem nihil prodesse præ-
dicationem aut miracula ad fidem iis, quos Deus non
uult, ut credant. Hoc autem tunc tantum ostendere se
paratos esse ad credendum, cum iam ultimam perfidiæ pe-
nam præsentem habuerint: quando scilicet nihil eis pro-
desse potest fides eorum. Ad hæc tamen regulæ accipit
populum Ionæ, scilicet Ninuitas, qui crediderunt, an-
tequam extremas infidelitatis pœnas subirent: uel
potius post easdem pœnas integras, crediderunt; et eorum
fides meruit ut ab illis liberarentur, et sine certo adhuc
uiuere, et frui hoc mundo usque ad tempus mortis.

ex quibus habes: primò hominem non credere, quia Deus non vult ut credat. Secundo, hominem necessario esse infidelem, quia non habet libertatem ad fidem. 3o Deum esse auctorem infidelitatis hominum. 4o Deum esse iniustum, qui hominibus penam inuget do it, in quo nullum habent peccatum, cum ex mera necessitate et absoluta Dei voluntate sint infideles. Ineo autem quod de Jona et Niniuita adiungit: duplicitet hallucinatur. 1o enim supponit Jonam Niniuitam fuisse, cum reuera fuerit Hebreus, ut ipsemet manifestauit. 2o Niniuitas penam aliquam a Deo accepisse (hanc autem describit Ismael, ut uidimus) antequam crederent, seu conuerterentur ad predicationem Jonæ: quod prorsus falsum est. Omitto discutere inepitias et figmenta, quibus historiam Jonæ confarciminans Alcoranista. Vnum tamen animaduertendum non est: nullo modo dici posse aliam fuisse Patriam Jonæ, quàm Niniuen, si Alcorano standum sit. Nam quoties ineo dicitur de aliquo Propheta misso fuisse, uel predicasse الى قومه ad gentem suam, certum est. Prophetam, uel Legatum illum ex eadem gente fuisse prognatum. Et ideo quamuis Moyses ad Aegyptios missus fuerit, non tamen dicitur missus fuisse الى قومه ad gentem suam, sed الى فرعون والى قومه ad Pharaonem et gentem eius: licet Moyses in Aegypto natus fuisset, non tamen ad Aegyptios, sed ad Israelitas pertinebat. Et nihilominus si quando quod non meminit dicitur de Alcorano nibus fuisse Moy-

ses

ly ad gentem suam, postea Aegyptij, & ne eius appellari, quia (nam stolim ibi natus fuerat, et morabatur ibi Israelitæ ad suos pertinebat: sed etiam quia a filia Regis Aegypti in filium adoptatus, Aegyptius etiam putabatur.

7. Cursum inquentes Loquitur de Mahumete, dum asserit, filios Israel nullum de religione dissidium inter se habuisse, nisi postquam uenit ad eos scientia. Hoc falsum esse, iuxta fidelis expositionem fuit: بان امن بعض وكفر بعض: quod aliqui eorum crediderunt: aliqui uero credere noluerunt. Sed quando nam uenit ad eos scientia, et qualis nam scientia fuit hec? Zamchascritus docet hoc huiusmodi uerbis: واختلفوا فى دينهم وما تشعبوا فيه شعبا الا بعد ما قاروا التوراة: وكسبوا العلم بدين الحق ولزمهم البينات عليه: وقيل هو العلم بمحمد ص واختلاف بنى اسرايل وهم اهل الكتاب واختلافهم فى صفته ونعته وسوائه هو ام ليس به بعد ما جائهم العلم والبيان انه هو لم يرتابوا فيه كما قال تعالى الذين اتيناهم الكتاب يعرفونه: Et dissenserunt in religione sua, neque diuisi sunt in eo in partes, nisi postquam legerunt Pentateuchum, et acquisiuerunt scientiam de uera religione, et habuerunt demonstrationes claras de illo. Alij dicunt, hanc scientiam fuisse de Mahumete; et in hoc dissensisse filios Israel, seu Scripturales, et dissentimentorum fuisse de eius epistheta, et predicata eius in Pentateucho: utrum scilicet conuenirent illi nec ne. Sed postquam habuerunt certam scientiam, ad eum illi pertinere; non dubitauerunt de eo, sicut dicitur in Alcorano: Illi quibus dedimus Pentateuchum, cognoscunt Mahumetum sicut

filios suos. & nihilominus licet non dubitarent; in Mahumetum credere noluerunt. Verum hec omnia grauiter prouisa dicuntur. Esto enim aliquot Iudei ob timores mercis eregarium commodum Mahumetane superstitioni adscripsisse, quemadmodum nunc etiam plures adhærent: non tamen proprie dici posset, Iudeos tunc in sacris fuisse in partes circa religionem suam: neque si hoc uerum esset, dici posset, id prouenisse ex scientia, que uenit ad eos de uaticinijs Lentareuchi spectantibus ad Mahumetum, uel de ueritate illius religionis, cum nullibi in Lentareucho huiusmodi uaticinia reperiantur. Sed potius ex inscitia, uel ex impietate, improbitate, ac libidine id contigisse

سورة هود بمكية

مائة وثلاث وعشرون آية

SVRA XI

HVD

Meccana: commatum centum Viginti octrium.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A.L.R. 2. Liber est hic, cuius sapienter dispositæ

sunt

sunt peiodi: deinde distincte sunt in iudicia, historias, et ge-
neses, à sapiente, periro [i. à Deo].
3. Et non seruiatis, nisi Deo: certè ego missus sum ad uos
ab eo comminator pene, et annunciator premij.
4. Et, ut ueniam postuletis à Domino uestro; deinde con-
uertamini ad eum: fruendum dabit uobis prouentum bonum,
usque ad terminum prefixum [idest mortem] et dabit om-
ni habenti abundantiam in opere, abundantiam suam
in mercede. Quod si tergiuersati fueritis, certè ego ti-
meo super uos penam diei magne.
5. Ad Deum enim reditus uester: et ipse ad omnem
rem est potens.
6. Nonne ipsi sanè conduplicant pectora sua, ut
abscondant se ab eo [i. à Deo]? Nonne cum cooperiunt
se uestibus suis, scit Deus quid abscondant, et quid mani-
festent? Quippe ipse est scien substantias pectorum.
7. Et non est ullum reptile in terra, nisi incumbat
super Deum alimentum eius: et ipse nouit locum ad quie-
scendum illius, et depositorium illius post mortem, et in
utero. Totum scriptum est in Libro manifesto.
8. Et ipse est, qui creauit cælos, et terram in sex die-
bus: et erat throno eius, antequam hæc crearet, super a-
quam: ut probaret uos, quis uestrum esset melior ope-
re. Quod si dixeris: Certè uos suscitandi estis post
mortem; profectò dicent, qui sunt infideles: Si est hoc,
nisi prestigium manifestum.
9. Et profectò, si distulerimus ab eis penam, usque ad

الجزء الثانى عشر Pars Duode-cima

gentem numeratam [i. usque ad tempus destinatum]: certè dicent irrisoriè: Quid cetinet illam? An non die uenient ad illos, in qua non erit auertens eam ad illis, et euenient eis in quod diffidebant?

10. Et certè si gustare fecerimus hominem ex nobis misericordiam; deinde abstulerimus illam ab eo: certè ipse fiet desperans ingratus.

11. Et quidem, si gustare fecerimus ei beneficium post noxam, qua reiecit eum; profectò dicet: Abjecerunt mala à me: profectò ipse flet lætabundus, gloriabundus.

12. Verùm, qui patienter sustinuerint, et fecerint recta: his erit indulgentia, et merces grandis.

13. Et forsitan tu præteribis aliquid ex parte eius, quod revelatum tibi; et angustiandum est in hoc pectus tuum, ne dicant: Non credemus ei, si non demissus fuerit illi cum thesauro, aut venerit cum eo Angelus. certè tu non es procurator prædicator, non miraculorum narrator: et Deus est super omnem rem procurator.

14. An dicent: Confinxit illum [i. Alcoranum]? Respondeo: Affirmo ego decem surdas, sicut aures illius à nobis confictas, et invocare ad hoc, quemcunque potueris præter Deum, si extis veraces.

15. Quod, si non exaudierint uos ii, quos invocaueritis; scitote. sane, quod hic Alcoranus demissus fuit cum scientia Dei: et, quòd non est Deus, nisi ipse. Ne ergo uoleritis Muslemi.

16. Cui uoluerit uitam mundanam, et ornamentum eius

ciuy, ꝑsoluemuy mercedem illis ꝓpeum suorum in ea: et
ipsi in ea non defraudabuntur ullo in re.

17. Hi sunt quibus non erit in altera nisi ignis:
et inutile erit, quod fecerunt in ea; et uanum, quod
fuerint operati.

18. An ego, qui est Dominus declarationem à Domino
suo [idest Mahumetus, cui Deus declarauit ueritatem]
et sequitur cum testis ab illo [i. Gabriel missus à Deo] ut
ante cum traditus fuerat liber Mosi ad directionem, et
misericordiam, erit, sicut ille, qui non est huiusmodi? Hi
credunt in eum [i. in Alcoranum]. Qui uerò non credi-
derit in eum ex sectis infidelium; ignis est promissio eius.
Ne ego sis in dubitatione de eo, quia iuxta est ueritas à
Domino tuo: uerumtamen plerique hominum non credunt.

19. Et, quis est iniquior, quàm, qui confingit de Deo menda-
cium? Hi presentabuntur coram Domino suo, in die Judicij:
et dicent testes [i. Angeli]: Hi sunt, qui mentiti sunt ad-
uersus Dominum suum. An non maledictio Dei erit super
iniquos?

20. Qui auertunt alios à uia Dei, et quærunt eam distor-
quere, et ipsi in alteram uiam sunt increduli.

21. Hi non fuerunt infirmantes Deum in terra: et non ~~fuerunt~~ fuerunt
ipsis fuerit Deum ulli patroni: duplicabitur illis tor-
mentum. Non poterant portuerunt audire, neque uide-
re. ne ipsi pu nire

22. Hi sunt, qui jacturam fecerunt animarum suarum:
et effugit ab eis id, quod confinxerunt [i. dijcorum fere

liquerunt eos.]

23. Non est dubium, quin ipsi in altero seculo futuri sint perditissimi.

24. Cercè, qui crediderint, et fecerint pœnitentiam, et converterint se cum fiducia ad Dominum suum, si erunt possessores Paradisi, ipsi in eo perenniter manebunt.

25. Similitudo harum duarum partium [i. fidelium, et infidelium], est sicut cæcus et surdus; et videns, et audiens. An eunt æquales, hi duo in comparatione? An ergo & hoc non commonefici[illegible]tis?

26. Et jam quidem misimus Noë ad gentem suam, qui dixit ei: Equidem sum vobis prædicator manifestus.

27. Ut non colatis, nisi Deum. Sanè ego timeo super vos pœnam diei doloriferæ.

28. Responderunt autem Primates, qui infideles erant, de gente eius: Non videmus te, nisi hominem, sicut nos: et non videmus te, quòd sequuti sint te, nisi qui sunt abjectissimi nostrum principio sententiæ [i. prout primò illis benè visum est]: neque videmus esse vobis super nos aliquid excellentiæ: quin imò existimamus vos esse mendaces.

29. Dixit ille: O populo meus, an putatis, quòd, si fuero sine directo declarationem [i. instructus et directus] a Domino meo; et contulerit mihi misericordiam de apud se; sed ecce sit super vos [i. negata sit vobis]? An inquam putatis quòd compulsi simus vos ad eam, et vos eam sitis abhorrentes?

30. Et ò populo meus, non peto à vobis pro hoc quod vobis prædico, pecuniam. Non est merces mea, nisi apud Deum

a. Si

et.

et non ego expulsuus sum eos qui crediderunt. Certè ipsi accusati sunt Domino suo in die Judicij. Verumtamen ego video uos esse homines, qui ignoratis

31. Et: o populo meus, quis adiuuabit me ne puniat a Deo, si expulero eos? An ego non commonefecisti?

32. Et non dico uobis: Apud me sunt thesauri Dei: neque: scio arcanum: neque dico: Ego sanè sum Angelus: neque dico de iis, quos despiciunt oculi uestri: nunquam dabit eis Deus bonum. Deus est scientissimus de eo quod est in animabus eorum. Nam ego sane, si dicerem hoc, esse m utique ex iniquis

33. Respondeunt illi: O Noë: iam disputasti nobiscum, et multiplicasti disputationem nobiscum: atqui effice nobis id quod promisisti nobis, si es ex ueracibus

34. Dixit Noë: Profectò efficiet uobis illud Deus, si uoluerit: neque uos infirmabitis eius illum ne faciat

35. Neque prodesit uobis rectum consilium meum, si uoluero Deum rectè consulere uobis, si Deus uoluerit in errore inducere uos. Ipse est Dominus uester: et ad eum reducemini.

36. An dicent Mecani: Confinxit eum [i. Mohammedum?] Respondeo: Si confinxi eum, sua me perniciè erit reatus meus; et ego ero immunis ab eo quod uos delinquetis

37. Et reuelatum fuit ad Noë: Certè non credet gente tua, nisi qui iam credidit: Ne ego contri-

treis ob id quod fecerint
38. Et fac Arcam in oculis nostris, et ceremo-
nia nostra: et me alloquaris pro illis qui
sunt iniqui: nam hi submergendi sunt.
39. Et fabricabat Arcam: et quotiescunque tri-
bus illum a ceteris gentes eius locum cap-
tabant accedere. Et ille dicebat: Si inideris nos, nos pro-
videbimus vos, sicut inideris nos
40. Quicunque fuerit ad quem ventum fuerit pena, que con-
fundat eum, et descensura sit sua cum pena stabili.
+ Donec venit preceptum nostrum, et estuauit clibanus.
Diximus Abê: Infer + illis [i. animantibus] in illam
ex singulis animantibus duo paria coniuges duos; et fa-
miliam tuam, preter eum cui quod precessit dictum
[i. predestinatio ad interitum]; et qui crediderit. Et ns
crediderunt cum eo nisi pauci. Et dixit
41. Et dixit Abê: Ascendite in eam in nomine Dei:
cursus eius, et consistentia eius [i. curret et subsistet
quando opus fuerit]: quippe Dominus meus est cle-
mens indulgens, misericors.
42. Et illa curvebat cum eis inter fluctus sicut mon-
tes. Et aduocauit Abê filium suum Chanaan, qui erat
in loco segregato, dicens: O filiole mi, ascende nobiscum,
et ne sis cum infidelibus
43. Respondit ille: Recipiam me ad montem, qui
defendet me ab aqua. Dixit illi Abê: Nemo est de-
fendens hodie a precepto Dei, nisi cum, cuius misericors

a primores

+ hic quidam
inciderunt
nonnulli uersus

fuerit

fuerit ipse Deus. Et pertransijt unus ~~eorum~~ eos ~~flu~~
~~etus~~ unda, et fuit ex submersij

44. Et dictum fuit a Deo: O terra absorbe aquam tuam:
et o Celum continete a fluuia. Et imminuta est aqua:
et absolutum est preceptum de perditione hominum: et
consedit Arca supra montem Iudi: et dictum fuit:

Procul gentibus iniquis [i. procul este gentes inique]

45. Et inuocauit Noë Dominum suum, et ait: Domine mi, certè filius meus Chanaan est o familia mea: et quidem promissio tua est ueritas: et tu es iustissimus iudicantium

46. Respondit ei Deus: O Noë: Sanè ille non est o familia tua. Hoc certè quod peris pro eo est opus non rectum. Ne ergo petas a me id in quo non est tibi scientia [nempe liberationem filij tui a tua mersione]. Equidem admoneo te, ne sis ignorans in eo quod peris a me

47. Dixit Noë: Domine mi, equidem confugio a te ne sinas, ut petam a te id in quo non est mihi scientia. Et nisi pepercisses mihi, et misertus fuisses mei, ero ex pereuntibus.

48. Dictum fuit illi: O Noë, descende ex Arca cum salute ex nobis, et benedictionibus tuis te, et tua sed gentes [i. tuos aliquos] ex ijs qui sunt tecum. Gentes autem [i. aliquos ex ijs] faciemus stare in hoc mundo: deinde tanget eos a nobis pena doloriffica in seculo futuro.

49. Hæ sunt ex historijs arcani [i. occultis]: ex-

uelamus ea tibi: non noueras ea tu, neque progenies
tuus ante hoc. Patienter igitur sustine: nam finis
felix erit timentibus Deum

Note

Inseritur hæc fera >ge stud, quia vocquit eumdem, re-
trudendo importune fabulam commentitij huius Prophetæ, de qua
satis multa superius dicta sunt. Traditor fuit Moeæ tota:
quidam tamen tres uersiculos excipiunt Medinæ traditos: nem-
pe decimum tertium: & fortasse tu pretermissurus es. ea
uerba illa decimi octaui: hi credunt in eum. & iis. & pessol-
ue orationem. Versus communiter numerantur centum, viginti,
& tres. quidam unum demant. Exemplum hanc suram legentis
erit, quod ei
أعطي من الخير عشر حسنات بعدد من صدق بنوح وهود وصالح وشعيب ولوط وابراهيم وموسى وعيسى وكان يوم القيمة من السعداء ان شاء الله تعالى: recipiet pro mercede decem bona iuxta nu-
merum tam eorum qui credidierunt, quam eorum, qui credere nolu-
erunt in Noë, Hud, Saleh, Jethro, Lot, Abraham, Moysen, et
Jesum: et in die Resurrectionis erit ex numero Beatorum, si Deus
ejectus voluerit.

6. conduplicant pectora sua] Jakiaj: هم يطوون ما فيها ويسترونه
ipsi plicant, et abscondunt id quod est in ijs pectoribus.

18. Anergo qui est super declarationem]. Periodum male con-
suetam, et elumbatam, ita coeinnat Interpretes: An Mahumetus,
et eius assecla à Deo per Alcoranum directi, traditum per Gabriele
& confirmatum per Pentateuchum antea reuelatum Moysi; erut
sicuti infideles, & ethnici existimandi? Absit: non erit ita.
Talis scilt. est Alcoranus, ut si illi fructum aliquod perpetuo

man-

non assuescur, nullus prorsus ex eo sensus possit haberi.

28. principio sententie] Arabice: بادئ الرأى. Zamchasceritus ita exponit hunc locum: بعضوك اول الرأى او ظاهر الرأى وانتصابه على الفرق اصله وقت حدوث اول رايهم او وقت حدوث ظاهر رايهم. Sequenti sunt tres primo sententie (idest, primo sequenti sunt tres ordines animo, vel apparentie) et nascentis eius motus aduentus temporis; tempore quo euenit principium sententie eorum: vel tempore quo exterius apparuit sententia eorum. Zelal: ابتداء من غير تفكر فيه وتصبه على الفرق اى وقت حدوث اول رايهم. idest, principio (vel primo quodam impetu) sine cogitatione dete(rmi)nata (scilicet tempus non bene norant) et nascentis (seu casus accidentis) illius, notat aduentum temporis: idest: tempore quo euenit principium sententie (seu prime sententia) eorum. Jahias: اى فيما يظهر لنا. in quantum, (seu quatenus) apparet nobis.

29. et exertauit clybanus] Zelal: فار التنور للخبز. Et exiuit aqua clybanus pistorius: quod erat signum constitutum ipsi Noë. Jahias: والتنور فى تفسير الحسن الباب الذى يجتمع فيه ماء السفينة فغار منه الماء والسفينة على الارض. وكان ذلك علامة لاهلاك القوم. Alhasan, erat porta, in qua colligitur eba aqua nauis [i. Arce]: et exiuit ex ea aqua, et nauis adhuc erat in terra. Et erat hoc signum perditionis hominum.

* Ihsdv in illam ex omnibus animantibus coniuges duos].

Zelal. وفى القصة ان الله حشر لنوح السباع والطير وغيرهما فجعل يضرب بيديه فى كل نوع فتقع يده اليمنى على الذكر واليسرى على الانثى فيحملها فى السفينة. Habetur in Historia, Deum congregasse ad Noë

qui egrit peruenire manibus suis animalia de omni specie, et incidit manus eius dextera super masculos, sinistra autem super femineas: atq; ita intellexit de in Arcam.

* praeter eum, super quem praedixit dictum] quis vero hic fuerit, ita. indicat Selal: وهو زوجته وولده : Fuit autem hic uxor eius, et filius eius Canaan. Jahiaj, filium tantum fuisse affirmat. Ramchajcenius ex authoritate Aldahac, potit utrumq;:

* Et non crediderunt cum eo nisi pauci] Varij sunt inter se Expositores Moslemi, circa eos, qui ingressi sunt in Aream. Caeteri apud Jahiam: لم ينج فى السفينة الا نوح و ثلثة بنين وثمانية نسوتهم: Non sunt salvati in Arca nisi Noe, et tres filij eius, Sem, Cham, & Japheth; et uxores eorum: in totum octo. Selal: قيل كانوا ستة رجال ونسوانهم وقيل جميع من كان فى السفينة ثمانون نصفهم رجال ونصفهم نساء. Fuerunt in Arca fuisse dicti rex mares, et totidem feminae. Alij volunt fuisse octoginta; quorum media pars erant mares, media femina. Ramchacenius: روى عن النبى ص انه قال كانوا ثمانية نوح واهله وبنوه الثلاثة ونسوتهم: ومحمد بن اسحق كانوا عشرة خمسة رجال وخمس نساء: وقيل كانوا اثنين وسبعين رجالا وامراة: واولاد نوح سام وحام ويافث ونساؤهم فالجميع ثمانية رجال ونصفهم نساء وسبعون نصفهم. Habetur ex traditione Prophetae Mahumetum discipuo. Fuerunt octo, nimirum Noe, et uxor eius, et tres filij eius, et uxores eorum. Mohammed autem filius Isaac dixit: Fuerunt decem: quinque viri, et quinque mulieres. Alij dicunt fuisse duos ac septuaginta, viros ac mulieres: et tres filios Noe cum uxoribus suis: in totum octo et septuaginta: quorum media pars erant viri, media autem femina.

+ corrige ubique: نساؤهم

Aliud

Hinc est insania Mahumetanorum, qui nec Prophetæ
quidem sui traditioni, quæ sane sacris Scripturis est con-
sona, fidem habeant. Sexcentas porrò nugas hic inge-
runt: Ista hæc quam ea Fabia tibi profero, disce alias.
وشكوا الى نوح فى السفينة الزبل فاوحى الله الى نوح ان يمسح يده على ذنب الفيل ففعل
فخرج منه خنزيران فكانا ياكلان الزبل: وشكوا اليه الفار فاوحى الله الى الاسد العتى فى
قلبه فعطس الاسد فخرج من منخره سنوران فكانا ياكلان الفار وشكوا الى نوح عامة
الاسد فدعا عليه نوح فسلط الله عليه الحمى. قال الحسن وكان طول السفينة
فيما بلغنا الف ذراع ومايتا ذراع وعرضها ستماية ذراع: وبلغنا انه كان
فى السفينة ثلاثة ابواب وفصل بين الرجال والنسا فجسد ادم حمله نوح معه.

Et conquesti sunt apud Noë in Arca pregred stercora: et
inspirauit Deus Noë ut admoueret manum caudæ ele-
phantis. Quod cum fecisset, egressi sunt ab ea duo porci, qui
stercora comedebant. Iterum conquesti sunt de muribus:
et Deus excitauit superbiam in corde Leonis qui iter-
ruperat, et egressi sunt de naribus eius duo feles, qui co-
medebant mures. Iterum conquesti sunt apud Noë de pe-
stilentia Leonis: maledixitque ei Noë, et fecit Deus, ut
febris ardens inuaderet eum. Dixit autem Rabbi: Al-
titudo Arcæ, prout accepimus erat mille ducentorum cu-
bitorum: Latitudo uerò sexcentorum cubitorum. Accepi-
mus etiam fuisse in Arca tres portas: et inter eiros, et fe-
minas, propterea erat distinctionis gratia corpus Adam,
quod Noë tulerat secum. O quàm eruditi sunt Mahumeta-
ni! a quibus tamen libenter scirem, quomodo duo porci
tot animalium stercora potuerint uorare: et quid de ip-
sorum porcorum stercoribus tandem fieret. Quomodo e-

etiam considerem, cum tot tot dimensione posset altitudo illa Arcę mille ducentorum cubitorum cum tanto excessu latitudinem, quę non nisi sexcentos cubitos occupabat. Hoc sane est contra omnem regulam navium seu triremium, uel huiusmodi ligneorum edificiorum quibus ad aquas permeandas homines utuntur: horum enim longitudo, semper latitudine longe excedit. Quamobrem iussit Deus Noe Arcam construere, cuius longitudo esset trecentorum cubitorum, latitudo quinquaginta, altitudo uero triginta. Vide quam belle Mosis mendacia cum Lentareuchi ueritate conueniant.

46. Hoc certe quod petis pro eo est ejus non rectum est hic duplex lectio. Prior et communior: انه عمل غير صالح. Certe hoc opus non rectum. Posterior certe hic (nempe Cham) fecit non rectum: idest prauum et peratus est.

Refutationes.

1. Notandum et tam in hac Sura, quam in ceteris, Mahumetum plerumque exordiri stylo quodam graui, ac pietate, et religione preferenti. Mox ineptias, atque impietates suas paulatim ingerere, quo simpliciores facilius in errorem trahat. Semper mihi persuasi, Impostorem hunc, ex pio aliquo Christianorum orientalium uel ueterum Hebreorum sibi sententias, animos, furorum fuisse, quibus cingas ac blasphemias suas intermiscet. Nulla enim in senten-

tijs

tyë, et nec in uerbis quidem est connexio: et plerumque
Dum in Alcorano amphibolia cepit inuitus incessit: ^ currente nota ^
et turpiter atrum desinit in piscem mulier formosa
superne

2. Sic etiam aperte ostenditur Moslemorum men-
dacium; qui Pseudoprophetæ suo tot miracula affin-
gunt: cum ipse ingenuè fateatur, se tantummo-
do prædicatorem esse, non Thaumaturgum. Et mi-
hilominus non cessat Alcorani ipsius miraculum ob-
trudere; quod quàm uanum, et ridiculum sit, alias
ostendimus

3. Non satis mirari possum ostentationem Mahu-
meti, qui cum a uersu 26. usque ad 49 agat de Noë:
uersu 36. ingerat tam importunè, et penitus extra rem, Aleo-
rum, et Alcanos, quamuis neque hos, neque illum aperte
nominet; ita ut opus fuerit expositoribus Scripturæ aperire. Sic-
cine est liber ille tam mirabilis in ordine, et connexione
rerum?

4. Constat ex sacris literis, Noë non habuisse (sextum usque
ad diluuium) nisi tres filios, qui cum eo Arcam ingressi sunt:
nec ullus ex eis, quemadmodum nec uxor Noë, aquis subme-
sus interijt. Chaustus igitur filius, qui in diluuio periit, Ma-
humetici cerebri figmentum est. Communis Expositorum
sententia est, nomen eius fuisse Chanaan. Sed hic filius tñ
Cham fuit, non tñ Noë, et post diluuium natus est. Conatur
Zamechascerius Prophetam suum à mendacio uendicare: sed
frustra. Audi illum: قيل كان لحام ابنة كنعان وقيل نام وقرأ

x forte نام

علیّ رضی الله عنه ابنها والتصير لامرأته وبه ينصر مذهب الحسن. قال قتادة
ساءلته فقال والله ما كان ابنه وقلت إن الله حكى عنه ان ابني من اهلي و
انت تقول لم يكن ابنه واهل الكتاب لا يختلفون في انه كان ابنه. فقال و
من ياخذ دينه من اهل الكتاب واستدل بقوله من اهلي ولم يقل منّي و
لنسبه الى انه وجهان احدهما ان يكون ربيبًا له او الا يكون لغير رشده.

Dicitur nomen filij eius fuisse Chanaan: alij uero dicunt
fuisse Sem. Alij, qui sit prae
(scilicet patris, nempe Noë) legit filium eius
affixo femine) ita ut referatur ad uxorem eius (quasi uxor
Noë concepserit illum ex alio uiro): in quo patrocinatur sen-
tentiae Alhazen, quem cum Cotada de hac re interrogasset,
respondit: Per Deum, non fuit filius eius (scil. Noë). Cui
Cotada: In Alcorano dixit de eo Deus per Noe: Filius meus
ex familia (seu, uxore) mea. Et tu dicis: Non fuit filius
eius. Scripturales sane non dissentiunt, quod ipse fuerit
filius eius. Respondit Alhazen: et quis accipiat religio-
nem suam a scripturalibus? Et probauit sententiam suam
ex dicto ipsius Noë: Ex familia mea: et non dixit, ex me.
Et quidem duplicem in hoc posuit sententiam: primam, quod
fuerit filius priuignus, sed uxoris tantummodo ex alio uiro.
Secundam, quod fuerit filius alius negotio cuius: sed ipse
domi educauerit, et instruxerit eum. Verum nemo non ui-
det, quam debiles ac frigidae sint ibi defensiones: quae si admit-
tantur, nihil iam certum erit neque in sacris, neq. in profa-
nis historijs. Quanto uero mendacio asseuerat Cotada, Scri-
pturales (Iudaeos scilicet de Christianos) in quarto filio Noë
assignando conuenire? Nihil tale somniarunt scripturales,

cum

cum omnes conueniant cum Pentateucho. Noe tres tantū-
modo filios habuisse, et hos in Arcam admisse, e diluuij
aquis euasisse. In eo porrò hallucinantur Mosleimi, quod
Chanaan filium fuerit Noë, cum ex Cham filio Noë
post diluuium ortus fuerit. Quod ueiò asserat Meo-
canus, Arcam sup montem Iudi, qui est in Mesopo-
tamia, accedisse, falsum prorsus esse uidetur, cum
ex Pentateucho constet, illam sup montes Armeniæ
quieuisse. Verumtamen nihilominus Moslemi consen-
tire, cum Mesopotamia Armeniæ conterminata sit, pos-
se eosdem montes ad utramque regionem pertinere.

5. Quod dicunt hic historiam Noë esse نبا الغيب
historiam arcanam, et ignotam, patet quanta in Ma-
humeto esset inscitia. Nihil mundo penè uniuerso,
etiam tempore Mahumeti notius, quàm diluuium,
Noë, Arca, et ea quæ ad hæc spectant. Sed Impostor,
non de his forsan loquebatur: sed de magnis illis
ac mendacijs, quæ de suo, uere noxque historiæ in-
terminuit

Sextus Alcorani

50. Et ad populum Ad misimus fratrem eorum Hud.
Dixit: O populi mei, seruite Deo: non est uobis
Sus Deus præter eum. Non estis uos, nisi falsa confin- a. Si
gentes.

51. O populi mei, non peto à uobis pro hoc, quod co-
bij prædico, mercedem: non est merces mea, nisi à
Deo eum, qui condidit me. An ergo non intelligitis? b. Si

§2. Et ego populo meus veniam postulare à Domino
vestro: tum conuertimini à cum. Mitet celus-
per vos pluuiam coptinè effundens. [minimum tic-
citare Laborabat] et augebit vobis cibum ad fa-
cultatem vestrum: at ne feigniemini scelerate fa-
centes.

P. 9. §3. Respondeunt: Audiuimus vocis tuæ
Ff/345. probationem ullam earum, quæ locutus: neque nos
derelinquemus deos nostros propter dictum tuum;
neque nos tibi credimus credentes.

a Si §4. Non dicimus, nisi quod corripuit
deorum nostrorum malo. Respondit illis: Qui-
dem testor deum, et vos quoque testes estote, quod
ego immunis sum ab eo, quod facitis in Deo.

§5. prete deum. Circumuenite ergo me celeriter
si: tum ne exspectate me, ut mihi caueam.

§6. Nam ego inimicus sum tuæ Deum Dominus meus
et Dominum vestrum. Non est vlla bestia, quin
ipse apprehendat antias eius: quippe Dominus me-
us est tuæ viam rectam.

§7. Quod si teigniemini fueritis, iam primò annun-
ciauit vobis id, pro quo misus sum ad vos: et substi-
tuet Dominus meus gentem aliam vobis: et non
vacabitis ei quidquam: nam Dominus meus est tuæ
omnem rem curans.

§8. Et cùm venisset præceptum nostrum [i. pena à
nobis infligenda] liberauimus Hud, et eos, qui crediderant
cum

cum eo & misericordiam ex nobis: et liberauimus eos
à pœna atroci.

59. Et istæ gens Ad scienter negauerunt signa Do-
mini sui, et contumaces fuerunt legatis eius, et seu-
ti sunt impetum omnis pregrentis, refractarij.

60. Et sequuta est eos in hoc mundo maledictio, et die
resurrectionis. Nonne sanè gentes Aad abnegauerũt
Dominum suum? Nonne elongatio à misericordia Dei
fuit ipsi Aad, populo Aud.

61. Et ad gentem Themud misimus fratrem eorum Saleh.
Dixit eis: O populę meus, seruite Deo: non est uobis ul-
lus Deus præter eum: ipse produxit uos è terrâ, et dedit
uobis habitationem in ea. Petite igitur ueniam ab eo, ut
conuertimini ad eum: quippe Dominus meus est pro-
pinquus, exaudiens.

62. Respondemus: O Saleh, jam fuisti inter nos
speratus, ut esses princeps noster, antea. An prohi-
bes nos ne colamus, quos colebant patres nostri. At
nos certè sumus in dubitatione de eo, ad quod uocas
nos, utpotè suspiciosum.

63. Dixit Saleh: O populę meus, quid uobis uidetur? Si fuero sup declarationem
à Domino meo [i. si Dominus meus declarauerit mi
hi ueritatem], et tribuerit mihi ex se misericor-
diam: quis adjuuabit me ne puniar à Deo, si inobedien
fuero illi? Tu porrò non addetis mihi, nisi perditio-
nem.

64. Et o populę meus, hęc camela Dei sit uobis
in signum. Dimittite ergo eam, ut comedat in terra

Dei: et non tangatis eam sectione, ne inuadat uos pe-
na propinqua.

6. At illi peremerunt eam, succidentes uruam
illius: dixitque Salech: Fruimini in habitatione
uestra tres dies: hec est promissio infallibilis [quod
scilicet post tres dies ueritatis].

6. Cumque uenisset preceptum nostrum de uerita-
te eorum, liberauimus Salech, et eos, qui crediderant ei
eo q misericordiam ex nobis: et liberauimus eos ab igno-
minia illius diei: quippe Dominus tuus est potens,
Preporens.

7. 6. Et iustulit eos, qui iniquè egerant supplici-
um: et manè inuenti sunt in domibus suis mor-
tui in genua prostrati.

8. 6. tanquam si nunquam uecti steripent in illis.
Nonne sanè Themudei increduli fuerunt in domi-
cum suum? nonne elongatio à diuina misericordia
fuit Themudeis.

9. 6. Et jam quidem uenerunt Legati nostri ad Abra-
ham cum fausto nuncio de ortu Isaac, et Jacob.
Dixerunt: pacem. Respondit: pax. Neque mira
tus est, quin asseret uirulum apsum.

10. 6. Cùm autem uidisset, quod manus eorum non pet-
tingerent ad eum [i. non tangerent illum], habuit
eos pro alienis, et concepit animo ex eis timorem.
Illi uerò dixerunt: Ne timeas: quippe nos missi
sumus ad gentem Lot.

7. 6. Et uxor ejus Sara stans, risit: et annuncia-
uimus ei Isaac, et post Isaac Jacob.

10. Dixit

℣. Dixit illa: Hei mihi! An pariam, et ego sum uetula;
et hic maritus meus est senex. 3 Cerrò hæc est sanctè res
admirabilis.

℣. Responderunt Angeli: An admiraris de præcep-
to Dei? Misericordia Dei et benedictiones suæ super
familiam Domus Abrahæ: quippe ipse est laudabilis,
gloriosus

4 ℣. Cùm uerò abijsset ab Abraham timor, et uenisset ad
eum lætum nuncium de ortu Isaac; discurrebat nobis
cum pro gente sua: quippe Abraham erat sanè mitis,
pius, deuotus.

5. ℣ Dixerunt ei Angeli: O Abraham, recede ab hoc
sermone: jam enim uenit præceptum Domini tui: et
quidem aduenit eis pœna inaestimabilis.

6. ℣ Cùm autem uenissent Legati nostri ad Lot, tristis
fuit de eis, et amaratus est pro eis dolore [i.
constristatus animo] et dixit: Hæc est dies dura.

7 ℣ Et uenit ad eum gens eius; impetuosè [a] cucurre-
runt ad eum: et antea operabantur mala. Dixit
ad eos Lot: O populi mei, hæ sunt filiæ meæ: hæ sunt P. 10.
puriores pro uobis [i. magis licitæ quàm masculi]: time- ff/346
te itaque Deum: et ne ignominiosè afficiatis me in ho-
spite meo: an non est inter uos uir rectè instituens?

8 ℣ Responderunt: Iam quidem nosti, quod non est no-
bis in filiabus tuis ullum jus: et tu sanè nosti, quid
uelimus.

9 ℣ Dixit ille: Si porrò essent mihi contra uos uires,

[a] currentes

aut possem confugere ad presidium validum: profecto' ce-
primerem nos.

80. Dixerunt Angeli: O Lot, nos quidem legati sumus
Domini tui: nunquam hi pertingent ad te. Perge ergo
cum familia tua in parte aliqua noctis: et ne circo'
respiciat ex vobis ullus, preter uxorem tuam: porro'
cruciatum est illi, quod euenerit ceteris illis. Cite'
promissio eorum [i. pena eorum] erit mane: an non
est mane propinquum?

81. Cumque venisset preceptum nostrum, fecimus
sublime earum urbium, imum earum [i. inuertimus
eas] et pluimus super eas lapides ex luto cocto; u-
no alium superueniente:

82. Signatos nomine eorum, apud quos casui erant,
ab iniquis agentibus [i. Sodomitis] longe remota.

83. Et ad gentem Madiam misimus fratrem eorum Scio-
aib. Dixit: O populo meus, seruite Deo: non est ve-
bis ullus Deus preter eum: et ne imminuatis modium,
et stateram. Equidem video vos in statu felici; et
certe ego timeo super vos penam diei circumdantis vos,
ne effugere possitis ab ea.

84. Et, o populo meus complete modium, et state-
ram cum justitia: et ne defraudetis homines in re-
bus ipsorum: et ne prave agatis, terram deuastan-
tes.

85. Residuum Dei [i. relinquere Deo id, quod rema-
net vobis a Deo, postquam satisfeceritis juste mensu-

[Eg hominum] melius erit uobis, quàm in fraude ueritis, si estis fideles.

5. 8. Et non sum ego uester custos: sed tantum
predicator.

7. 8. Respondeunt Marianite: O Scioaib, an orationes tue precipiunt tibi, ut assumas tibi solicitudinem suadendi nobis, ut relinquamus id, quod coluerunt patres nostri: uel no faciamus de facultatibus nostris id, quod uolumus? scilicet, tu solus es uerè sapiens, director.

8. 8. Dixit ille: O populo meus, quid putatis? si ego fuero uestr declarationem [i. si declarata mihi fuerit ueritas] à Domino meo: et aluerit me ex se alimento bono [i. licito et non fraudes acquisito] et non uoluero ashegerk.. uobis circa illud, quod prohibeo uobis: an uolo nisi corrigere, quod prauè agitis, a- si quantum possum? Et non auxilium meum, nisi in Deo: uestr enim inimicus sum, et ad eum me conuerto

9. 8. Et, o populo meus, cauete ne sucietur uobis sci- simile uestra à me, ut incidat uobis, sicut id, quod incidit populo Noë, uel populo Hud, aut populo Saleh. Neque populus Lot est à uobis remotus [nimium loco uel tempore, uel moribus].

10. 8. Et ueniam precamini à Domino uestro: tum conuertimini ad eum: quippe Dominus meus est misericors, amator.

11. 8. Respondeunt illi: O Scioaib, non intelligimus multum de eo, quod dicis: et nos quidem

uidemus te intrò nos tenuem: quòd, si non eper (nobis cu-
a·ds quod nos Excellency
& familia tua, certè sapidauissemus tè: neque tu fu-
ifses sup nos prepotens.

Dixit ille: O populè meus, an familia mea ex-
cellentior est apud uos quàm Deus? et posuistij illu
post uos à tergo. Certè Dominus meus id, quod facitis
est circumdans [i. comprehendens] et o populè meus o-
peramini iuxtà statum uestrum: certè ego operatu
ius sum iuxtà statum meum. | Mox scietis, cui uen-
turus sit pena, que ignominia afficiat eum: et quis
sit mendax. Et exspectate finem negotij uestri: nà
ego uobiscum ero obseruator.

Cùm autem ueniret preceptum nostrum [i. pena
à nobis illata] liberauimus Scioaib, et eos, qui cre-
cum eo & misericordiam ex nobis: et inuasit eos, qui
iniqui erant, supplicium & clamorem Sabricis: et appa
ciuerunt manè in domibus suis, mortui in genu
prostrati.

Quasi nunquam recti stetissent in illis. An
non remotio à misericordia, fuit ipsi Madian, sicut
remotus fuit ab ea Themud.

Et jam quidem misimus Moysen cum signis no-
stris, et potestate manifestà.

Ad Pharaonem, et primates ejus: et secuti sunt
imperium Pharaonis: et non fuit imperium Pharaonis
rectum.

Antecedet populum suum die resurre-
ctionis, et descendere faciet eos in ignem: et mala in-
itia

erit

erit descensus, quo descenderetur.

100. Et afflictas habuerunt in hoc mundo cum maledic-
tione: et die resurrectionis habebunt eosdem cum ma-
ledictione. Miserum fuit auxilium, quo auxiliatus
fuit eis.

101. Hoc est ex historijs Urbium: enarramus illud ti-
bi. Ex his Urbibus est Stany, et demersum [i. non nul-
le] superstites, non nulle perierunt.

102. Et non fuimus iniqui in eos: sed ipsi iniqui
fuerunt in animas suas: neque profuerunt ipsis di
eorum, quos invocabant preter Deum, ulla in re, post-
quam venit imperium [i. punitio] Domini tui: neque
addiderunt illis aliquid, preter perditionem.

103. Et huiusmodi fuit punitio Domini tui, quan-
do punivit Civitates, quod ipse essent iniquæ: quip-
pe punitio eius est dolorifica, ne lemens.

104. Certe in hoc sane est signum [i. exemplum]
ei, qui timuerit penam futuri seculi. Ille erit dies,
ad quam congregandi sunt homines: et ille erit dies
testificatus [i. ultra cuius erunt testes, seu presen-
tes omnes creature].

105. Et non differimus illum, nisi ad terminum
b computatum [i. prefixum].

106. Quando venerit dies illa, non fiet alloquutio
ulli anime, nisi ex permissione ejus [i. Dei] Ex
ipsis porro erit alius infelix, alius felix.

107. Porro, qui infelices fuerint, indigne collocabuntur:

a. de ipsa erit

b. numeratum.

ipsis in eo erit uox uelemens, et uox imbecilla [i. modo uelementiori, modo imbecilliori uoce conquerentium].

107. Perpetuo morati sunt in eo, quandiu permanserunt Cæli et terra, præter id quod uoluerit addere, uel ^ addere præter ignem ^ minuere Dominus tuus: quippe Dominus tuus effector est illius, quod uult.

9. 108. Qui uero felicitate donati fuerint, in Paradiso collocabuntur, semper morati in eo, quamdiu permanserint Cæli et terra, præterquam id quod uoluerit addere huic felicitati Dominus tuus: donum, nunquam auferendum.

10. 109. Ne ergo sis in dubio de eo, quod colunt isti. Non colunt, nisi quemadmodum colebant patres eorum antea: et nos certe redituri sumus eis partem eorum, non diminutam [i. plene puniemus eos].

11. 110. Et iam quidem dedimus Mosi Librum Pentateuchi: atque dissensum fuit in eo & uarias opiniones: et, nisi uerbum [i. decretum] præcessisset à Domino tuo, iam decisum fuisset inter eos. Et quidem ipsi sunt nunc in dubitatione de eo suspicionis.

12. 111. Et quidem omnibus certissime reponet Dominus tuus opera ipsorum: ipse enim de eo, quod operantur est peritus.

113. Stabilis igitur esto, sicut præceptum est tibi: et stabilis sit, qui conuersus fuerit tecum: et ne præuaricemini quippe ipse in id, quod facitis est intuiens.

114. Et, ne inclinetis ad eos, qui iniquè agunt, ne tangat uos

uos Ignis; nam non sunt uobis, preter Deum uestri pasto-
ri: ideo non adjuuabimini ne pereatis.

5. 11 Et persolue orationem in diebus extremitatibus
diei [i. manè, et uespere], et in parte noctis [i. post oc-
casum solis] + quippe bona opera abiue facient mala.
Hec est commonitio reminiscentibus.

11 Et patienter sustine, quia Deus non sinet pe-
rire mercedem benefacientium.

7. 11 Et non ne fuerunt ex generationibus ante
uos prediti reliquiæ [i. religione, et uirtute] qui proli-
bebant à corruptione terræ? Sed non fuerunt hi, ui-
si pauci ex ijs quos Liberauimus: et secuti sunt eos ij
qui iniqui erant, id, in quo delicijs afflui facti fuerunt,
et fuerunt scelerosi.

11 Et non fuit Dominus tuus talis, ut perde-
ret urbes cum iniquitate [i. iniustè], et cum cives
earum essent recte agentes.

9. 11 Et, si uoluisset Dominus tuus, utique protiis-
set homines gentem unam [i. uniuus religionis]. Et
non cessabunt esse inter se discordes in religione,
nisi illi, quorum misertus fuerit Dominus tuus:
et ad hoc creauit eos: et completum fuit uerbum
Domini tui: ut nimirum: certè implebo Gehennam de
Genijs et hominibus uniuersis.

10. Et hoc totum narramus tibi de historijs le-
gatorum, quo confirmemus cor tuum: et uenit ad
te de his ueritas, et commonitio, et commemoratio fi-

Debitus.

121. Et, dic illis, qui non credunt: Operamini juxta statum uestrum: nos certè operamur juxta statum nostrum.

122. Et expectate finem operis uestri: nos certè expectamus expectantes.

123. Et Deo notum est arcanum cœlorum, et terræ: et ad eum reducetur negotium totum. Cole ergo illum, et confide in eum: et non est Dominus tuus negligens circa id, quod operamini.

Note.

56. Nulla est bestia, quin ipse apprehendérit antias eius] Jta exponit Gelal: أي مالكها وقاهر فلا نفع ولا ضرر الا باذنه وخصّ الناصية بالذكر لانّ من اخذ بناصيته يكون فى غاية الذلّ Idest, dominio, et potentia sua cohibeat eam, ita ut neque prosit, neq. noceat, nisi ad nutum eius. Specialiter autè posuit antias (seu crines anteriores) quæ in maribus reperiuntur; quia qui tenetur per illas, ad extremum subiectionis redactus intelligitur.

69. Et uxor eius Sara stans risit] Quam risu, sane affert Gelal استبشارا بهلاكهم: lætitiam conceptam ex perditione eorum; scil.ce Sodomitarum. Eandem causam ponit Zamchascerius: qui addit, à nonnullis uerbum ضحكت exponi حاضت menstrua passa est. Jahias allegat Kelebium in hac uerba فضحكت من فرقه لما رأت سارة فرق ابراهيم عجبت من فرقه فضحكت وهى لا تدرى من القوم. Cum uidisset Sara Abraham separari ab illis

illis uiris, quos ipsa minime norat, uisit ob talem segregationem.

72. disceptabat nobiscum pro gente &c.] sunt disceptationem putat Selal fuisse illam, quæ habetur Genesis cap. 18. ubi Abraam petit a Deo, utrum propter quinquaginta iustos indulturus esset toti ciuitati impiæ: tum utrum propter quadraginta quinque: tum utrum propter quadraginta: tum utrum propter triginta: tum utrum propter uiginti: demum utrum propter decem. Sed Selal ponit primo trecentos iustos: secundo ducentos: tertio quadraginta: quarto quatuordecim: postremo unum. Ita eguerunt sapientes Moslemi in sacris historijs, alioqui notissimis.

74. tristatus est de eis]. Causam tristitiæ affert Selal: اضياف الوجوه فى صورة: quia erant pulcri facie, in figura hospitum. hos scilicet Sodomitæ uenabantur ad nefariam libidinem.

75. operabantur mala.] Selal: هى اتيان الرجال فى الادبار Præpostera libidinem cum uiris exercebant

76. Non est nobis in filiabus tuis ullum iug]. Dictionem Arabicam حق iuris uel debitum: exponit Selal حاجة: opus, uel, indigentia

74. Et ne retro se uertat ex uobis.] Forte rectius uertas uerba Arabica وَلَا يَلْتَفِتْ مِنْكُمْ اَحَدٌ اِلَّا امْرَاَتَكَ اِنَّهُ مُصِيبُهَا مَا اَصَابَهُمْ Et ne retro uertat se ex uobis ullus: sed uxori tuæ certe euenturum est id quod euenerit illis. Prima interpretatio uera est, si legas امراتك cum الرفع. Secunda, si legas امراتك cum النصب. Quidam ex Moslemis ita nectunt sententiam: Perge ergo cu

familia tua in parte aliqua noctis, et ne vetro ulterutur ex vobis ullus; praeter uxorem tuam (videlt, cum uxore tua ne pergas:) nam eventurum est illi, quod evenerit illis; nempe Sodomitis. De uxore autem Lot, ita Zelal: فقيل لم يخرج بها وقيل خرجت والتفتت فقالت واقوماه فجاها حجر فقتلها nulli; eam non fuisse egressam cum Lot: nonnulli vero, egressam fuisse, et retro conversam dixisse: heu gentem meam! et interim lapide percussam interiisse.

79. Everimy sublime earum urbium, imo earum]. Zelal بان رفعها جبرايل الى السماء واسقطها مقلوبة الى الارض Quia Gabriel elevavit eas urbes ad coelum, et deinde invertay dejecit ad terram

86. et non voluero adhevere ~~dictorum~~ vobis]. Arabice وما اريد ان اسبقكم الى ما انهيكم عنه explicat Zamchascerius: progredere vos ad desideria vestra, الى شهواتكم التى نهيتكم عنها quae vobis prohibui. *

* ~~Eos. Hinc quo-~~
~~tum. Abraham do-~~
~~mum. Zelal. Quae~~
~~شاء ابتدأ من الزاى~~
~~على الباقى~~
~~Vulgo~~
~~Super eos pluit~~
~~Gabriel Aeneas~~
~~tuus. Abest origo.~~
~~Sodomitarum,~~
~~Sodomitarum.~~
~~Verum,~~
~~si quis putaverit~~
~~objectum infirmo,~~
~~quando Scriptura~~
~~Gabriel etiam quid~~
~~Deum in adventu respondi, ex loquitur de Sodomitis Sodom~~

Refutationes

1. Cum dicitur Angelos illos, qui hospitium forma assumpta, ad Abraham diverterant, manus suas ad cibos apposita non extendisse: falsum prorsus est. Imo oppositum habetur ex cap. 18. Genes. ubi et oblatum ab Abraham grandium eos accepisse, et appositas eosdem comedisse, apertissime legimus

2. Falsum item est, quod ab Expositoribus Mosaicis asseritur, Saram ex Lotide perditionis Sodomitarum, vel discessionis hospitum ab Abraham, risisse, vel menstruo fluxam fuisse. Risit enim ex eo quod audivit, promitti sibi filium: ut patet ex illis ~~verbis illi Dei manifeste sibi credidit, quod dicit~~
~~Deum in adventu respondi, ex loquitur de Sodomitis Sodom~~.

uerbis Genes. cap. 18. qui dixit Angelus Abrahæ: Re-
uertens ueniam ad te tempore isto, uita comite, et habe-
bis filium Sara uxor tua. Quo audito Sara risit
post ostium Tabernaculi. Et paulò post: Dixit au-
tem Dominus ad Abraham: Quare risit Sara, dicens:
Num uerè paritura sum anus? Quod si dicas, Mendacium
etiam hanc causam intendisse, uel saltem non
negasse: respondeo id dici non posse: nam ponit ri-
sum Sarę ante mentionem promissionis filij.
3. Hæresea, mendacium est apertissimum, Ange-
lo præcepisse Lot, ne educeret secum uxorem suam:
uel ne ullus retrò se se uerteret in itinere præce-
ea. Oppositum prorsus habemus cap. 19. Genes. ubi
Angeli dixerunt Lot: Surge, tolle uxorem tuam, et
duas filias, quas habes. Imò Angeli ipsi apprehen-
derunt manum eius, et manum uxoris eius, et eduxerunt
eum, et posuerunt extra ciuitatem. Et deinde
præceperunt ei nomine omnium suorum tanquam
patrifamilias: Noli respicere post tergum, nec
stes in omni circa regione: sine ullo uxoris ex-
cepione. Imò ob hoc ipsum, quod uxor contra diuinum
præceptum post tergum respexit, uersa est in statuam
salis: non autem lapide percussa occubuit,
sicut expositores Moysi fabulantur, et Alca-
nus innuit, dum eodem modo quo Sodomitę illæ
perisse affirmat, nempe lapidum pluuia con-
tritas.

P: 2ª pars
Ed. 349

A. Falsum denique est, Sodomam, et ceteras Vrbes, pluuia
Lapidum ex luto cocto confectorum, diruptas fuisse: plu-
uia enim sulphuris et ignis celitus immissa obruta
consumptaque sunt: ut habetur Genes. cap. 19. Quod
autem scribitur in Alcorano, Deum ita Vrbes illas
inuertisse, ut domorum fundamenta in sublime ele-
uaret: tecta uero in fundamentorum imo deprimeret: uel, ut exponit Gelal cum aliis Moslemis,
Gabrielem Vrbes illas in aera eleuasse, et ad terras
inuersas deiecisse, pro figmentis habenda sunt. Li-
cet enim Hebraice sit הַפַּךְ quod ~~pro figmentis ha-
benda sunt~~ est subuertere, seu, quod erat sursum, deor-
sum collocare: idem tamen uerbum significat aliquid
in aliam formam mutare: sicut et uera hæc urbes pes
pluuiam ignis et sulphuris mutatæ sunt: alioquin
frustraneum uideretur hæc pluuia ignis, nec ea
Lapidum, si huiusmodi urbes ita inuersæ fuissent.
Omitto hic alias ineptias respondere: satis enim
est ad Alcorani falsitatem conuincendam, quod ita
turpiter hallucinetur in iis sacrorum Librorum lec-
tionibus referendis, de quorum ueritate nullus un-
quam dubitauit, utpote rerum omnibus notissi-
marum. Neque hic potest Iudæos eo loco
corrupisse, cum nullam hoc faciendi causam habe-
re potuerit: quippe hæc neque ad Mahumetum,
neque ad rem in religione controuersa spectabant.

سورة

سورة يوسف مكية
مائة واحدى عشر آيه.

SVRA. XII.

IOSEPH

Meccana: commatum
centum et undecim.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A. L. R.

2. Hæc sunt signa Libri manifesti.

3. Nos quidem demisimus illum Lectione Arabicâ, ut nos intelligeretis illum.

4. Nos narrabimus tibi pulcherrimam historiarum in eo, quod revelauimus tibi hunc Alcoranum. Quòd, si fuisses ante eum, certè fuisses ex non curantibus illam.

5. Cùm dixisset Joseph Patri suo: O Pater mi; certè ego vidi undecim stellas, et solem, et Lunam: vidi eas me adorantes.

6. Respondit Pater: O filiole mi, ne narres visionem tuam fratribus tuis, ne machinentur tibi insidias: quippe Satanas est homini inimicus manifestus.

7. Et secundùm hoc, quòd vidisti eliget te Dominus tuus, et docebit te de interpretatione nouorum successuum, et perficiet gratiam suam super te, et super familiam Jacob, quemadmodùm perfecit eam super patres tuos an-

tea, Abraham, et Isaac: nam Dominus tuus est sciens, sapiens.

8. Iam quidem fuerunt in Joseph, et fratribus ejus signa [i. exempla] persequentibus [i. diversa cupientibus ea].

9. Cùm dixerunt fratres ejus ad invicem: Certè Joseph, et frater ejus Beniamin dilectiores sunt apud Patrem nostrum, quàm nos: et nos sumus turba [i. multi, seu major, et potior pars] † certè Pater noster est sanè in errore manifesto.

10. Occidite Joseph, aut amandate eum in terram aliquam longinquam, ut placet vobis facies Patris vestri [i, ut diligat nos, neque impediatur ab alieno amore] † et eritis postea homines recti [i. poenitentiam hujus peccati agetis].

11. Dixit, dicens [i, quidam] ex illis: Ne occidatis Joseph, sed projicite eum in profunda cisternæ: colligent eum aliqui viatorum, si fueritis hoc facientes.

12. Dixerunt: O Pater noster, quid tibi est, quòd non concedis nobis Joseph? et nos sanè erimus illi benè consulentes.

13. Mitte illum nobiscum cras, ut lusitet, et ludat: et nos sanè erimus illius custodientes.

14. Respondit Pater: Equidem sanè tristitia me afficit, quòd abeatis cum eo: nam timeo ne comedat eum Lupus, dum vos estis illum negligentes.

15.

15. Dixerunt: Si comedit eum lupus: et nos ~~ut~~ eximus agmen ad eum defendendum: profectò igitur nos eimus priores pereuntes.

16. Cùm autem abijssent cum eo, etiam conuenerunt, ut proicerent eum in profundi cisternę: et reuelauimus ei, dum esset in cisterna; dicentes: Certè narrabis eis factum eorum hoc; et ipsi non intelligent.

17. Et uenerunt ad patrem suum plorare, et flebant.

18. Dixerunt: O Pater noster: nos certè abijeramus precurrentes nos mutuò: et reliqueramus Joseph apud utensilia nostra: et comedit eum lupus: Sed non ei tu nobis credens, etiamsi simus ueraces.

19. Et ~~protulerunt~~ uenerunt ostendentes tunicam ejus sanguinem fatsum. Dixit Jacob: Atqui aptè compositum est negotium uestrum. Sed patientia speciosa necessaria est mihi. Et Deus implorandus est in auxilium super id, quod asseritis.

20. Et ueniunt uiatores [i. mercatores Madianitę] et miserunt aquatorem suum, qui demisit situlam suam in cisternam, ubi erat Joseph: et uidens ipsum hęrentem funi situlę, dum eam retraheret è cisterna, dixit: O lętum nuncium! hic est puer. Et fratres ejus occultabant eum, affirmantes esse seruum suum, non autem fratrem, ad lucrandam pecuniam: Deus uerò erat scius de eo, quod faciebant. Et emerunt eum Madianitę, pretio uili, drachmis numeratis [i. uiginti argenteis] et fuerunt ibi ex eo ex repudiantibus [i. quasi

¶ 21. da cap

rem projecerimam uia dignati sunt eum recipere].
22. Et dixit, qui emerat eum ex Aegypto [i. Putiphar Aegyptius] uxori suæ Zalicæ: Honorifice habitationem ejus [i. honorificè tracta eum]† forte eueniet, ut sit utile nobis, aut adoptemus eum in filium.
Atque ita stabiliuimus^ locum Joseph in terra Aegypti: et, ut doceremus eum de interpretatione somniorum euentuum: nam Deus est præsens^ super negotium suum. [i. potens est facit, quod facere debuit]† sed plerique hominum nesciunt hoc.
23. Postquàm autem peruenit ad robustam ætatem suam, dedimus ei sapientiam, et scientiam: et ita remuneramus benefacientes.
24. Et exegerunt eum illa cujus ipse erat in domo, in persona ipsius [i. libidinosè] et clausis portis, et dixit: Ades huc. Respondit Joseph: Confugiam Dei [i. liberet me Deus ab hoc flagitio]† heus Dominus meus bonam fecit habitationem meam: profectò non prosperabuntur iniquè agentes.
25. Et iam quidem illa^ [~~cum eo~~ i. destinauerat animo peccare cum eo] et ille etiam^ [~~cum eo~~ i. destinauerat animo peccare cum ea]: et feciset, nisi uidisset manifestum signum Domini sui. Ita egimus cum eo, ut auerteremus ab eo malum, et flagitium: quippe ipse erat ea sed uis nostris sincerè.
26. Conatique sunt se inuicem præuertere ad januam: hic, ut fugeret; illa, ut fugientem apprehenderet.

^ locum

^ solicita erat
^ de eo
^ solicitigerat
^ de ea.

Et illa

et illa dixit interulam ejus à tergo: et a obuium habue-
runt Dominum ejus [i. maritum eius] juxta portam.
Dixit illa uiro suo: Que merces debetur illi, qui cogi-
tauit contra uxorem suam malum, nisi, ut carceri mā-
cipetur, aut infligatur ei pena doloriſica?
a inuenerunt
21. Dixit Joseph: Ipsa appetiuit me in persona
mea: Testificatus est, autem testificans [i. quidam] de
familia ejus [i. uxoris] dicens: Si interula ejus scis-
sa est à parte anteriori: hec uera dicit: et hic est
ex mendacibus.
28. Si autem interula ejus scissa est à parte po-
steriori: hec mentita est: et hic est ex ueridicis.
29. Cùm autem audisset maritus, quòd interula ejus scis-
sa esset à parte posteriori, dixit: Certè hec est
ex technis uestris, ò femine: certè technę uestre ma-
gne sunt. Deindè dixit tō Joseph.
30. Joseph elonga te ab hac re [i. silentio preme
illam]: et tu, o Jalicha ueniam precare pro peccato
tuo: nam tu sane fuisti ex peccantibus.
31. Et dixerunt mulieres & ciuitates: Vxor Excellentis-
simi appetiuit puerum suum in pro persona ejus seruenda:
jam incendit precordia ejus amore: certè nos uidemus eā
in errore manifesto.
32. Cùm autem audisset Jalicha machinationem earum; mi-
sit ad eas, et preparauit illis conuiuium, et dedit unicui-
que earum cultrum, et citrum, seu (malum medicum),
quòd cultro scinderent: et dixit tō Joseph: Egredere,

et extendes te coram ej. Cùm autem uidissent eum, magnificauerunt eum: et adeò in aspectum illius vaporis sunt, ut pro citrò scinderent cultrò manus proprias, absque eo, quòd animaduerterent. Et dixerunt: Proh Deum: hic non est homo: non est hic, nisi Angelus ueneranhìc
a. si
dus.

33. Dixit Zalicla: Hic porrò est ille, progter quem culpastij me. Et jam porrò concupiui eum pro fruenda persona ejus: et ille constanted restitit. Ac profectò, si non fecerit, quod precipio ei, sanè detrudetur in carcerem, et certè erit ex pauuis [i. uilibus, et abjectis].

34. Dixit Joseph: Domine mi, carcer ostrabilior est mihi, quàm id, ad quod horrantur me mulieres istæ. Sed, si non auertetis à me fraudem earum, inclinabo iniquitatem ad eas, et eo ex stultè agentibus.

35. Audiuit itaque eum Dominus suus, et auertit ab eo fraudem earum: quippe ipse est Auditor, cognitor.

36. Sim uisum est ejs [i. Euripsau, et Consilianijs ejus] postquàm uiderant signa innocentiæ ejus, ut manciparent eum carceri usque ad tempus.

37. Et ingressi sunt cum eo carcerem duo juuenes. Dixit unus eorum: Equidem uidebar mihi exprimere uinum ex uuis. Alter uerò dixit: Equidem uidebar mihi portare super caput meum panem, ex quo comedebant aues. Expone nobis interpretationem ejus, quod uidimus: nos enim uidemus te ex hoc ex beneficientibus.

38. Dixit

38. Dixit ei Joseph: Non veniet vobis cibus, quo nutriamini, nisi enarrauero vobis interpretationem ejus, antequam veniat ad vos. Hoc eueniet ex eo, quod docuit me Dominus meus: nam ego deserui sectam gentium, que non credunt in Deum: et ipse futurum seculum sint abneganres.

39. Et secutus sum religionem patrum meorum, Abraham, et Isaac, et Jacob. Non est licitum nobis, ut associemus in Deo aliquid. Hoc datum est nobis ex liberalitate Dei sup nos, et sup homines: Sed plerique hominum non agunt gratias pro hoc beneficio.

40. O socij mei, carcerij: an domini diuisi melius sunt, an Deus unus, prevalens uniuersis.

41. Non colitis preter eum, nisi nomina, que nominastis vos, et patres vestri. Non demisit Deus circa ea ullam potestatem, [i. argumentum aut probationem]. a Non est judicium, nisi Dei: precepit ne colatis, nisi ipsum. Hec est religio recta; Sed plerique hominum ignorant eam. a. Si

42. O socij mei, carcerij: certè unus vestrum potandum prebebit Domino suo vinum: porrò alter crucifigetur, et comedent aues de capite ejus. Decisa est res, de qua docuisti postulastis. Et dixit ei, quem existimauit, quod esset euasurus ex duobus: Memento mei apud Dominum tuum. At obliuisci fecit eum Satanas recordationem Joseph apud Dominum suum. Mansit itaque in carcere aliquot annos.

43. Et dixit Rex Aegypti: Equidem uidebam septem uaccas pingues; deuorabant eas septem macilentæ: et septem spicas uirides, et aliæ septem aridæ. O Proceres, explicate mihi uisionem meam, si estis idonei, qui uisionem interpretemini.

44. Responderunt: Confusiones somniorum sunt hæ; neque nos in interpretatione somniorum sumus docti.

45. Dixit autem is, qui liberatus fuerat ex duobus: nam recordatus est Tē Joseph post aliquot spatium temporis: Ego exponam uobis interpretationem ejus: Te dimitte me. Dimissus autem uenit ad Joseph, & dixit ei:

46. Joseph, ô Vera: doce nos de septem uaccis pinguibus, quas deuorabant septem macilentæ: et septem spicis uiridibus, et aliis septem aridis: ut ego discam ad homines, quo ipsi sciant, quid hæc significent.

47. Dixit Joseph: Seminabitis septem annos consiquos sequentes. Quod uero messueritis, relinquite illud in spica sua, quo melius conseruetis; excepto panco, ex quo comedatis.

48. Deinde uenient post hæc septem anni valde steriles, qui consument, quod premiseritis illis [i. quidquid collegeritis annis precedentibus] præter paucum, quod custodieritis.

49. Deinde uenient post hoc annus, in quo confluent ad homines, et in eo expriment uinum uuæ.

50. Et dixit Rex: Adducite eum [i. Joseph] ad me

ad me. Cùmque uenisset ad eum [scilicet ad Ioseph] nuncius, dixit: Reuertere ad Dominum tuum, et pete ab eo, quæ fuerit mens mulierum, quæ conciderunt manus suas: quippe Dominus meus de technis earum est instructus.

§ 1. Dixit Rex mulieribus ante se congregatis: Quod nam fuit negotium uestrum, cùm concupiuissetis Ioseph pro fruenda persona ejus? Responderunt: Procul faciat Deus: non nouimus de eo, quidquam mali. Dixit uxor Excellentissimi [i. Putipharis]: Nunc patefacta est ueritas. Ego concupiui eum pro fruenda persona ejus: porrò ille sanè est ex ueracibus.

§ 2. Audiens hoc Joseph ex relatione aliorum, dixit: Hoc mihi pergratum est, ut sciat Dominus meus, quòd ego non deceperim eum in absentia ejus; et, quòd Deus non dirigit technam decipientium *

الجزء الثالث عشر * Pars Decima tertia

§ 3. Neque facio innocentem animam meam à culpa: nam anima est sanè * a proclivis ad malum, excepta ea, quam cujus misertus fuerit Dominus meus: quippe Dominus meus est indultor, misericors.

* Studiosa in a

§ 4. Et dixit Rex: Adducite ad me illum, faciam eum peculiarem mihi. Cùm ergo allocutus fuisset eum Rex, dixit ei: Tu sanè sedes erit apud nos stabilis, fidus [i. cui confidam res meas].

§ 5. Dixit Joseph Regi: Constitue me super horrea terræ: ego enim eis custos, sciens ea benè seruare.

§ 6. Atque ita firmauimus locum Ioseph in terra Aegypti, ut assumeret sibi habitationem ex ea, ubi uellet.

Ingrossimus misericordiam nostram, qui volumus: et non sinimus perire mercedem benefacientium.

57. Et quidem merces futuri seculi est melior, quàm merces hujus mundi, ijs, qui credidernt, et timuerint Deum.

58. Venerunt autem fratres Joseph, et ingressi sunt ad eum: et ipse cognouit eos: sed illi eum non a cognouerunt.

a cognoscendo

59. Cum autem instruxisset eos commeatu suo [1. frumento, et alijs rebus ad iter necessarijs]; dixit: Adducite mihi fratrem b vestrum ex patre vestro: nonne videtis, quod ego omnes [mensuram] in frumento vendendo: et ego sum optimus hospitio excipientium [vel alimento prebentium].

b qui est vobis

60. Quòd, si non adduxeritis mihi eum, non erit mensura frumenti vobis apud me, neque appropinquabitis mihi.

61. Respondernnt: Hortabimur patrem ejus; et nos certè efficiemus hoc. Dixit

62. Dixit autem Joseph pueris suis: Ponite pretium eorum, quod dederunt pro frumento, in sarcinis eorum, ut ipsi agnoscant illud, cum reversi fuerint ad familiam suam; ut ipsi ad nos regrediantur.

63. Cum autem rediissent ad patrem suum, dixerunt: O Pater, negatur nobis mensura [tritici] frumenti [nisi adducamus Benjamin nobiscum. Mitte ergo nobiscum fratrem nostrum, ut mensuram nobis tritici: et certè nos eum ille

custo-

custodientes.

64. Respondit Pater: An concredam vobis illum, nisi quomodò concredidi vobis fratrem ejus antea? [i. idem eveniet isti, ac illi]. Deus est optimus custos illius: et ipse erit misericordissimus misericordium.

65. Cùm autem aperuissent sarcinas suas, invenerunt pecuniam suam, quæ reddita fuerat illis. Dixerunt: O pater noster, quid desideremus amplius beneficentiæ? Hæc est pecunia nostra, quæ reddita est nobis: redibimus, et ememus triticum familiæ nostræ, et custodiemus fratrem nostrum; et augebimur mensura onerì unius cameli pro eo. Hæc mensura facilis erit ad Regis munificentiam.

66. Dixit pater: Nullo modo dimittam eum vobiscum, nisi a faciatis me securum cum obligatione ex parte Dei [scilicet jurando per ipsum], quod omnino reducetis ad me illum; nisi forte eveniat, ut obstaculum fiat vobis à morte, vel alio casu. Cùm igitur ei subjunxisset ei obligationem suam, dixit: Deus super id, quod dicimus est procurator [i. testis].

a. datis mihi securitate à Deo

b. circumveniamini

67. Et dixit: O fili mei, ne ingrediamini per portam unam in Urbem: sed ingredimini per portas diversas. Atqui non proderit vobis apud Deum quidquam hoc, quod moneo, nisi ipse vos adjuverit: quippe non est judicium, nisi Dei: super eum innixus sum, et super eum innitantur Innitentes.

68. Cùm autem intrassent Urbem regiam undè præceperat eis pater ipsorum, non profuit hoc illis apud

Pio.
Eg 358.

Deum quidquam: sed solùm indigentię [i. desiderio, quod erat] in animo Iacobi, [ut scilicet ingredierentur per diuersas portas, ne quis eos obseruaret] satisfecit: et quidem ipse erat sanè prędictus scientiâ, eo, quo docuisemus eum: sed plerique hominum nesciunt.

59. Postquam uerò ingressi sunt coram Ioseph, excepit aduenę fratrem suum Beniamin, et dixit: Ego sanè sum frater tuus: ne ergo affligaris de eo, quòd fecerunt contra me fratres nostri.

60. Cùm autem instruxisset eos commeatu suo [i. ipsis necessariò ad iter] posuit scyphum in sarcina fratris sui. Deindè, ubi illi discessissent, inclamauit præco post tergum eorum: O societas uiatorum, certè uos sanè estis fures.

61. Dixerunt illi [et conuersi sunt ad eum ergo eos]: Quid quæritis?

62. Responderunt Aegyptij: Quærimus scyphum Regis. et ei, qui protulerit eum, labitur onus frumenti unius cameli: et ego eo de hoc fidejussor.

63. Dixerunt fratres ꝛ̃ Ioseph: Per deum iam scitis nostri, quòd non uenimus, ut corrumpamus terram: neque fuimus unquam fures.

64. Responderunt Aegyptij: Quænam porrò erit merces illius, qui scyphum furatus erit, si fueritis mendaces?

65. Responderunt fratres ꝛ̃ Ioseph: ad cuius eius, cuius inuentus fuerit in sarcina scyphus,

erit

erit, quod ipse sit recompensatio ejus [i. uctra-
dictio ipsius pro seipso]. Ita remuneramur apud
nos iniqua agentes.

16. Ejitque Joseph scrutari saccos eorum, antequam scru-
taretur saccus fratris sui: deindè extraxit eum [i. scy-
phum] ex sacco fratris sui. Ita suspicamur astutum Tō
Joseph. Non fuisset ei datum, ut accigeret fratrem
suum in seruum pro furto in judicio Regis, (nisi
voluisset Deus, ut ageret cum eo secundum legem ju-
diciariam) patris sui Jacob. Exaltabimus gradibus,
quem voluerimus: et sus omnem preditum scientia
est sciens.

17. Dixerunt fratres: Si furatus est Beniamin,
jam furatus est frater ejus Joseph antea. Et ce-
lavit hec Joseph in animo suo, neque manifestavit
eos illis. Dixit intra se: Vos estis pejores
conditione in furando, quàm ego et Beniamin:
et Deus est scientissimus de eo, quod nunc comme-
moratis.

18. Dixerunt fratres ad Joseph: O excellentis-
sime, certè suit est pater senex grandevus: acci-
pe ergo unum nostri loco illius: nos certè vide-
mus te esse ex beneficis.

19. Respondit Joseph: Confugium Dei [i. non
permittat Deus] ut accipiamus, nisi apud quem
inuenimus utensilia nostrum: nam nos certè,

si id faceremus, essemus sanè iniqui.

80. Cum uero desperassent de illo recuperando: seorsim recessere ad mutuam colloquutionem. Dixit Major eorum: An nescitis, quòd pater uester jam accepit à nobis obligationem ex contestatione Dei; et antea quid perpetrauëritis contra Joseph? Nullo ergo modo recedam ab hac terra, donec permittat mihi pater meus, aut a judicium suum ostendat Deus mihi eiver a hoc: et ipse est optimus Judicantium.

a. iudicet Deus mihi

81. Reuertimini ad patrem uestrum, et dicite: O Pater noster, certè filius tuus furtum perpetrauit: neque testimonium ferimus, nisi de eo, quòd nouimus: et non fuimus b ei, quod Latebat custodientes [i. non potuimus tibi promissa seruare de eo reducendo, quia quandò promisimus, nesciebamus illum esse furaturum].

b. occultum

82. Et interroga urbem, in qua fuimus, et societatem mercatorum, cum qua profecti sumus: et inuenies, quòd non certè sumus mendaces.

83. Dixit eis Pater: Quin potiùs concinnauerunt animæ uestræ rem hanc [i. hoc uos confinxistis]. Sed patientia pulchra conuenit mihi. Fortè euenies, ut Deus restituat mihi eos omnes: nam ipse est scient, Sapiens.

84. Et auertit se ab eis, et dixit: Oh dolorem meum super Joseph! Et uidè ubi positi sunt oculi ejus præ mœrore: ipse enim erat dolore

intimo

intimo oppressus erat.

85. Dixerunt filij: Per Deum, a[a] uiuis, mentionem
facere de Joseph quando eris proximus exitio, uel
eris ex peremptibus [i. moribundus, uel mortuus].

a. non dejiny mentionem facere de Joseph, donec fueris

86. Respondit ille: Equidem conquiror de impotentia doloris mei, et meore meo apud Deum: et scio reuelationem à Deo, quòd uos nescitis.

87. O filij mei, ite, et nunciate de Joseph, et fratre ejus; et ne desperetis de spiritu [i. misericordia] Dei: Quippe non desperant de spiritu Dei, nisi gentes infideles.

88. Cùm autem ingressi fuissent coram illo [i. coram Joseph] dixerunt: O excellentissime, tetigit nos, et familiam nostram nocumentum [i. fames] et uenimus cum pecunia exigua, et uili: comple tamen nobis modium, et in eleemosyna largire nobis triticum: nam Deus rependit mercedem largientibus eleemosynam.

P ii
39

89. Dixit illis Joseph: Num nostis, quid feceritis in Joseph, et fratrem ejus, cùm uos esseris ignorantes illius, quod euentuum erat ~~nobis~~ illi.

90. Respondent illi: An ne tu es Joseph uere Joseph? Dixit ille: Ego sum Joseph; et hic [i. Beniamin] est frater meus. Iam beneficus fuit Deus erga nos. Etenim, qui timuerit Deum, et patienter sustinuerit, utique Deus non sinet perire mercedem benefacientium.

91. Dixerunt fratres: Per Deum, jam quidem exaltauit te
Deus super nos: & nos quidem fuimus vanè peccantes.
92. Respondit Joseph. Ne sit exprobratio contra nos
hodie. Ignoscit vobis Deus vobis: nam ipse est misericor-
dissimus miserantium.
93. Pergite cum interula mea hac, et conjicite eam su-
per faciem patris mei: euadet videns [i. recuperabit
visum] et venite ad me cum familia vestra vniuersa.
94. Cùm verò discepisset societas viatorum ex Aegy-
pto in terram Chanaan: dixit pater eorum: Quidem le-
tio odorem Joseph. Hic putatis me deliriare.
95. Responderunt: Per Deum, certè tu es in erro-
re tuo antiquo [scilicet nimij amoris erga Joseph].
96. Postquàm autem aduenit famulus nuncius [nem-
pe Judas cum interula] conjecit eam super vultum
ejus, et redijt visus est videns. Dixit: Nonne dixi
vobis, quòd ego sciebam ex revelatione Dei, quòd vos
nesciebatis?
97. Responderunt illi: O Pater noster, precare veniam
pro nobis peccatorum nostrorum, nam nos certè fui-
mus peccantes.
98. Dixit Jacob: Mox veniam precabor vobis à Domi-
no meo: ipse enim est Indultor, Misericors.
99. Postquam autem venerunt in Aegyptum, ingres-
sunt coram Joseph, occurrit Joseph ad se recepta-
tres suos [i. patrem, et matrem, seu matertera m] et
Dixit: Ingredimini Aegyptum, si voluerit Deus, se-
curi

cum.

100. Et exaltauit Dauid suum Ysboseth: et
prodiderunt illum domestici Dauid et fra-
tres ejus. Et dixit: O frater mi, hec est integreta-
tio uisionis mee, quam uidi antea: jam effecit eam
Dominus meus ueram; et jam beneficus fuit in me, qui
eduxit me de carcere; et adduxit uos huc de loco de-
serto, ubi habitabatis sub tentoriis; postquam excisa-
uit Satanas simultatem inter me, et inter fratres
meos: nam Dominus meus [a]*est facilis ad id, quod
uult: quippe ipse est Sciens, Sapiens.

a *est benignus ergo facilis

101. Domine mi, jam dediti mihi de Regno, et do-
cuisti me de integratione nouorum successuum,
quantum tibi placuit. Conditor celorum et terre,
tu es patronus meus in hoc mundo, et nouissimo
seculo: fac me mori Morte pia; et conjunge me
cum Prophetis.

102. Hoc est ex nunationibus Arcani: reuelamus
illud tibi, à Mahumete; et non eras apud eos [i.]
fratres Josephi cum simul conuenissent ad negocium
suum, et ipsi fraudem struerent contra Josephi.

103. Neque pleraque Dominum, etiamsi auide cu-
piis, sunt credituri.

104. Neque petes ab eis pro loc Alcorano ali-
quid mercedis: non est hic, nisi commonitio [b]omni-
bus mentibus.

b Mundis

105. Et quotquot fecerint signa [i.] argumenta

unitatis Dei] in celis, et terra; transibunt juxta ea [i. aspe-
cient illa] et ipsi erunt ab ijs longe recedentes.

106. Et non credunt plerique eorum in Deum, nisi ieti-
am sint associantes ilii alios Deos.

107. An ergo crediderunt, quod uentura sit ad ipsos
cooperiens [i. afflictio] ex punitione Dei: aut uentura
sit ad eos hora [i. dies judicij] repente; et ipsi hoc non
considerant?

108. Die illis: Lege et nil mea: Voco ad Deum
per euidentem demonstrationem, ego et qui sequutus est
me: et Laus Deo: et non sum ego ex Associantibus.

109. Et non misimus ante te, nisi homines, reuelabamus ei;
et misimus eos ex familia Vrbium, non ex incolis Deserti.
An non peragrauerunt Meccani terram, et uiderunt quomodo
fuerit finis eorum, qui fuerunt ante ipsos? Et quidem domus
futuri seculi melior erit illis, qui ei fuerint, quam domus
hujus uitæ: An ergo non intelligitis?

110. Quando jam desperabant Legati, et existimabant, quod
ipsi jam haberi dicerent mendaces, uenit ad eos auxilium
nostrum, et saluatus est quem uolebamus: neque auersum
est supplicium nostrum ab hominibus celestis.

111. Jam quidem fuit in historijs eorum [i. Legatorum] exem-
plum ad discendum a prædictis prudentia

auersis habentibus a. corde

112. Non est hic Alcoranus, nouæ narratio; quæ confictus fu-
erit mendaciter; sed confirmatio illius, quod reuelatum fuit
à Deo ante eum; et distincta explicatio omnis rei spectantis

ad

ad religionem: et directio, et misericordia hominibus, qui credunt.

Note

Titulo Iure respondet argumentum; quod uix alia ulla in Sura reperias. Refertur enim hic historia Joseph filij Jacob, sed adeò deformata, et tot nugis ac fabulis admixta, ut uix eam recognoscas. Causam Iure hanc habet ex Bedauio, et Tamehaycensi: روى ان علماء اليهود قالوا لكبراء المشركين سألوا محمدًا لما انتقل آل يعقوب من الشام الى مصر وعن قصة يوسف فنزلت: Fertur Doctores Iudæorum dixisse Primatibus Meccanorum: Interrogate Mahumetum, quare translata fuerit familia Iacob ex Syria in Aegyptum: et quænam sit historia Ioseph. Tunc uero Deum reuelasse sibi Suram a Mahumete: quam sanè Mosleimi magni faciunt ob magnifica promissa ipsius Mahumeti legentibus illam. Is enim, teste Bedauio dicit: ايما مسلم تلاها وعلمها اهله وما ملكت يمينه هوّن الله عليه سكرات الموت واعطاه القوة ان لا يحسد مسلمًا Quotiescunque Mosleimus recitauerit eam, aut docuerit eam familiares suos, et seruos suos: faciles reddet ei Deus angustias mortis, et dabit ei uirtutem, ut non inuideat ulli Mosleimo. Tribuens etiam cuiq; lectori præmium generale eorum qui docent uel unum Alcorani uersiculum: de quo sic idem Bedauius: مَن علم ولده اية من القرآن خيرله من عبادة سنة صيام نهارها وقيام ليالها وخيرله من الف دينار صدقة للفقراء والمساكين: Qui docuerit filium suum uersiculum unum Alcorani

melius erit illi quàm si per unú annú quotidie ieiunet, & singulis noctibus stationes faciat (vigilando, et orando) quam [illegible] : et melius erit illi, quàm mille denarij eleemosynę in egenos et pauperes eroguę. Sunt tamen inter ipsos Mahumetanos, qui hunc huius fabulas ac mendacio animaduerrentes, eam, ut aperte plaudentes Alcorano explodendam esse pronunciant. Inter Sectas Saracenicas Agiaredite: et Maimunite; duę secte spectantes ad quartam capitalem sectam Mahumetanorú, quę est الخوارج Chauaregitarum.

De loco traditionis hunc non est controuersia. Versiculi, si tres primos characteres adnumeres, centum ac duodecim inueniuntur. Quidam centum ac decem tantùm enumerant.

4. Nos narrabimus tibi pulcherrimam historiam]. In quo hę tanta pulcritudo vita sit, ita exponit Zamchaxerius. المراد باحسن الاقتصاص انه اقتص على ابدع طريقة واعجب اسلوب. الا ترى ان هذا الحديث مقتص* فى كتب التواريخ ولا ترى اقتصاصه فى كتاب منها مقاربا لاقتصاصه فى القران. Dicitur pulcherrima historiarum, quia refertur hęc historia ratione nona, nec amplius audita, et stylo prorsus admirabili. Nonne uides hanc historiam referri in Libris Primorum, et in Libris Annalium? Nec tamen in ullo horum Librorú uides referri stylo, qui sit similis stylo, quo in Alcorano narratur

* فى كتب الاولين و ×

* fuisses ex non curantibus] Verbum Arabicum الغافلين non curantibus, seu negligentibus, exponit Zamchaxerius et alij الجاهلين ignorantibus: ac si dicatur: ان كنت من قبل ايحاينا اليك ما كان لك فيه علم قط. si fuisses ante reuelationem

factam

factam tibi a nobis, nunquam nouisses Sanctam historiam.
Sed quomodo fieri non poterat, si iam in Libris Pri-
orum, et in Annalibus repertus fuit?

5. Vndecim stellae] Scribit Giabed relatus a Tamcha-
reio: ان يهوديا جاء الى النبى ص فقال يا محمد اخبرنى عن النجوم التى راءها
يوسف فسكت ص فنزل جبرايل فاخبره بذلك فقال النبى ص لليهودى ان اخبرتك هل
تسلم قال نعم: قال جريان والطارق والذيال وقابس وعمودان والفليق والمصبح والضروح
والفرع ووثاب وذو الكنفين: والشمس والقمر نزلت من السماء وسجدن
له: فقال اليهودى اى والله انها لاسماؤها:
venisse Iudeum quendam ad Mahumetum, et ab eo
postulasse, ut undecim stellarum, quas viderat
Ioseph, nomina, sibi exponeret. Iacuit Mahume-
tus, eo quod ea ignoraret: Sed descendens è Cœlo
Gabriel, illum de ijs admonuit: Mahumetus
autem Iudeo promittenti se Mortemum suum
cum, eadem enarrauit. Sunt autem nomina
huiusmodi: Gerian (i. currens): Altarec (i. lu-
cifer) Aldhial (i. caudata): Cabes (i. accendens): Amu
dan (i. duæ bases): Alpalic (i. diuisa): Almosabbeh
(i. matutina): Aldharul (i. sagittaria): Alphara
(i. equina): Vatab (i. subsiliens): et Dhulkaupha-
in (i. duabus alis pressa). Sol autem et Luna de-
scendentes è Cœlo, et adorauerunt eum. His audi-
tis, dixit Iudeus: Per Deum hæc sunt earum no-
mina

1. A. Ne comedat eum. Lupus 1. Deo. Lupum timet,
quia, ut ait Tamchascenius, Iacob راى فى النوم ان الذيب قد

شدّ على يوسف فكان يحذر uiderat ante in somnis, Lupum sacra
ne fieret, et deus ei cauebat ab illo. Ita fuit uere cau-
tum hoc: وكانت ارضهم كثيرة الديب quia in terra eorum
magna erat copia Luporum. Sed utrumque sine
fundamento
15. Proferte igitur nos etiamsi priores pereuntes
Arabicum uersum خاسرون pereuntes, exponit Jelal
عجزون imbecilles: ut sensus sit: Nimis imbecilles,
et ignauos nos censes, si cum tot simus adeum
defendendum, comederit eum Lupus: et Ita consequi
tomodo etiam nos prius illo
16. Conuenerunt ut proijcerent eum in profundis
cisterne 17. Ita sacrum describit Jelal فعلوا ذلك بان
نزعوا قميصه بعد ضربه واهانته وارادة قتله وادلوه فلما وصل الى نصف البئر القوه
ليموت فسقط فى الماء ثم اوى الى صخرة فنادوه فاجابهم لظن رحمتهم
فاراده رحمته بصخرة فمنعهم ـــــــــ هود

= Fecerunt hoc, exspoliantes eum tunica, postquam
= uerberibus et conuicijs cumulassent, atque etiam
= interficere tentassent. Et demiserunt eum funi
= in puteum: cumque ad medium deueniset, la-
= xato funi, iniecerunt eum precipitem fluere ut
= moreretur. Cum autem in aquam cecidisset, aniqu-
= it manibus saxum, quo se sibi aquas sustineret.
= Vocauerunt autem eum fratres: ipse uero respon
= dit eis, sperans ab eis pietatem. At illi uolue-
= runt eum lapidibus desuper conijcere confundere.
= Sed prohibuit eos Iudas. Adit Iamblichus eius fe-

Ps. prima
Ah 301

della

Gellam: روى ان ابراهيم ص حين القى فى النار جرد عن ثيابه واتاه جبرايل بقميص من حرير الجنة والبسه اياه فدفعه ابراهيم الى اسحق واسحق الى يعقوب فجعله يعقوب فى تميمة علقها فى عنق يوسف فجاء جبرايل فاخرجه و البسه اياه . Fertur, cum Abrahamo precepisset ignem, spoliatum fuisse uestibus suis: Gabrielem uero attulisse ei tunicam factam ex serico Paradisi, eaque illum induisse. Porro Abrahamo reliquit eandem tunicam Isaaco, Isaac uero Iacobo; qui posuit eam in quodam amuleto, quod alligauerat collo Josephi filii sui: ex quo amuleto extraxit eam tunc Gabriel, et eadem uestiuit illum

18. Abieramus precurrentes nos mutuo Zamolasceius, et ceteri Expositores, continuus agi hic de ludo iaculatorio, in quo aliqui iacientes sagittas, uel iaculo, se se inuicem precurrebant. Hec sunt Zamolasceij uerba كان لعبهم الاستباق والانتضال لنصروا انفسهم بما يحتاج اليه لقتال العدو: Erat Iudus eorum precurrere se se iaculando, ut exercerent se Iudum in eo quod sibi auxilio foret, quando cum hostibus uenirent in campum certaminis. Fingimus itaque fratres occasione huius Iudi reliquisse Josephum ad custodiam utensilium, seu, ut ego nos Gelal, uestimentorum suorum: proinde a lupo deuoratus fuisse ipse

25. nisi uidisset manifestum signum]. Fuit hoc signum, teste Zelale, quia مثل له يعقوب فضربه فى صدره فخرجت شهوته من انامله appauit ei quidam in forma Jacob, qui percussit eum in pectore



& egressa est concupiscentia eius per extrema digitorum eius. Idem
fere habet Jahia, qui explicans utrius. assensum in flagitium
ait : ولقد همت به يعنى ما ازاد تد حين اضطجعت له وهم بها يعنى حل
سراويله . Ejus solicita fuit erga eu, innuens, quid uoluisset
quando concubuisset cum eo. Ille uero anxius fuit de ea inunda,
innuens hoc per solutionem femoralium suorum. Eadem habet
Zamchasceriu, cum aliquot peregris. Audi eius uerba.
وقد فسّر هم يوسف بانه حلّ الهميان وجلس منها مجلس الجامع وبانه حلّ
تكّة سراويله وقعد بين شعبها الاربع وهى مستلقية على قفاه وفسّر البرهان
بانه سمع صوتًا آياك واياها فلم يكرث له فسمعه ثانيًا فلم يعمل به فسمع ثالثًا
اعرض عنها فلم ينجع فيه حتى مثل له يعقوب عاضًا على انملته وقيل ضرب
فى صدره بيده فخرجت شهوته من انامله : وقيل كل ولد يعقوب له اثنا عشر
ولدًا الا يوسف فانه ولد له احد عشر ولدًا من اجل ما نقص من شهوته حين
هم وقيل صيح به يا يوسف . Exponitur propositum Joseph per hoc, quod
ipse solueret zonam suam, et fecerit ex ea pulueille, quod in-
ueniret ad commodius coeundum ; et quod soluerit astrictorium
femoraliu suorum, et sederit inter quatuor digitos eius (i. fe-
mine) et ipsa innitebatur super collum eius (uidetur allude-
re ad quedam uerba Zendjis e.g. in quibus Thalmudiste fun-
dant sua delira). Expositio uero signi manifesti, quod
uidit Joseph) est quia ipse audiuit uocem dicen-
tem sibi : Caue tibi, caue tibi ab ea. Sed non cura-
uit eam : audiuitque illam secundo, nec fecit quod
iubebatur. Tertio audiuit dicentem sibi : Recede
ab ea. Sed nihil profecit in illo donec apparuit
ipsi forma Jacobi mordentis dentibus extremita-

tem

rem digiti sui. Alij dicunt, eum percussisse manu pectus illius, et concaluisse eam ex ipso digitorum eius extremitates digitorum eius. Quamobrem Israel singulos filios Iacob habuisse duodecim filios, excepto Ioseph, qui habuit tantum undecim, propter diminutionem concupiscentiæ eius, cum proposuisset flagitium perpetrare. Alij dicunt, uxorem fuisse ad eum: O Ioseph!

26. Quæ merces debetur illi?] Vel: Potest etiam uerti sine interrogatione, affirmatiuè: Non alia merces debetur illi. ما جزاء arabice لمن

27. Testificatus est autem testificans]. Affirmat Gelal, hunc filium fuisse parui eiusdem Zalichæ et quidam uolunt illum eo tempore fuisse in fantem in cunabulis. Eodem modo Tamehascenius. ابن عباس روى انه كان فى المهد

42. Mansit itaq; in carcere aliquot annos] Arabicè بضع سنين. بضع supra tres annos. Nam significat numerum à tribus usque ad nouem, uel decem. Quemadmodum Gelal: قيل سبعا وقيل اثنا عشر septem, uel duodecim annis.

43. Et dixit Rex.] Fuit hic Rex, iuxta Gelalem: الريان ابن الوليد Alrian filius Aluelid.

76. Non fuisset ei datum, ut acciperet]. Erat quippe apud Israëlitas lex, ut fingit Gelal, ut esset السارق جزاء المسروق لغير. fur ipse compensatio rei furto ablatæ, et non aliud. Apud Egyptios uero, eodem authore, pœna furi erat: flagellatio, et restitutio in duplum rei furto ablatæ: non autem manicipatio ipsius furis. الضرب وتغريم مثلى المسروق لا الاسترقاق

77. *iam furatus est frater eius*] nempe Joseph, qui, ut ait Selal سرق لابی امه صنما من ذهب فکسّره : *furatus est patri matris suæ* (Labano) *idolum aureum, et confregit illud.*

93. *Pergite cum intentione mea hac*]. De hac iam superius. Addit Selal: فیه ریح الجنة ولا یلقی علی مبتلی الا عوفی . *Erat in ea odor Paradisi, nec ponebatur super ullum morbo affectum, quin sanaretur*

94. *sentio odorem Joseph*] Selal: اوحیٰ الله الیه الصبا باذنه تعالی من مسیرة ثلاثة ایام او ثمانیة او اکثر: *Deferebat huiusmodi odorem ad illum Cuius, ita volente Deo, per distantia itineris, trium, vel octo, vel plurium dierum.*

100. *facilis ad id quod vult*]. Dicitur Arabice لطیف, *propriè est, facilis, benignus, mollis, benéficus. Quare videtur hic* ل *ad quod; sumi pro* لمن *erga quem. Neque hoc insolitum est in lingua Arabica.*

107. *Cooperies*]. Arabice غاشیة: *quidam intelligunt diuinam ultionem, quidam diem Iudicij: quasi tenebris afflictionis, et mœroris, hominū corda sit cooperitura.*

Refutationes.

Placuit totam hanc fabulam unica scena exhibere; quam non immerito sapientiores Mahumetani, tanquam figmentum ex Alcorano explodendam audacter pronunciant. Si historię de Ioseph prout a Moyse refertur, Alcoranicam narrationem comparaueris: hominem monstrosum, lacerum ac mutilum, cum perfectè formato, ac suauitate omnibus absoluto conferes. Et nihilominus Iamsaccaiium

rium) non pudet asserere, Alcoranicæ narrationis ex-
cellentiam in hoc præcipuè sitam esse, quod uenusta-
te, ordine, stylo, et aliis historicis ornamentis reli-
quas omnes antecellat. Nec uider inuanus quos as-
sumentis, ac frustis (quos ipse primarius) Alcorani sententias ac uerba simul cõ-
nectant, ut possint intelligi. Aliter enim Edipus
ipse in ijs intelligendis frustra desudaret. Illud
uerò impudentissimum est mendacium, hanc histo-
riam esse من نبا الغيب ex narrationibus seu gestis oc-
cultis, et ignotis: itaut Mahumetica ante Alcora-
nicam reuelationem, nullo modo ea cognoscere potu-
isset. Iam lasciuus ipse, non uolens, Propheta sui men-
dacium patefacit, dum Josephi gesta in Primorum hi-
storijs, et libris Annalium ante Alcoranum extitis
se fatetur. Quid, quæso, notius, quid uulgatius, quid
magis decantatum in toto terrarum orbe, etiam an-
te Alcoranica quisquilias, quàm Josephi historia?
At enim habet Alcoranus nescio quid amplius, quàm
Moyses; præsertim in eo quod spectat ad Zaliolam, et
feminas Aegyptias. Sed tuas, Lector, illa in Thal-
mude pene omnia referri, et ex Hebræorum ore
eadem (Mahumetum) didicisse: quæ tamen quàm
falsa, spurca, et impia sint, nemo non uider. Cui-
uis autem supersluum uideatur, aliquid in hac sua
confutare, cum una tantùm Geneseos cum Alcorano
collatio, pro omni confutatione satis esse possit

quia tamen non omnibus illa in promptu est, ipsa
cuiusque hic utriusque narrationis inter se collatio dis-
crepantiam et antilogiam, lectorum oculis brevi-
ter exhibebo.

Primò: Referens Alcoranus Josephi somnia, omittit
illud, quo sibi videbatur una cum fratribus in agro ma-
nipulos alligare, cum relatione manipuli sui reliquos ma-
nipulos fratrum. Hic autem non est mediocris defec-
tus in eo libro, quem iactant Moslemi librorum om-
nium perfectissimum; et praesertim in hac sura.

2.° Suppenit Alcoranus, Josephi nauasse secum
dum somnium Patri suo tantùm, qui prohibuerit eum,
ne fratribus suis illud narraret. Verum ex Genesi
patet, fratribus etiam suis, et quidem priùs quam Pa-
tri, illud nauasse

3.° In Genesi non habetur, filios Jacob conque-
stos fuisse, nisi de peculiari amore Patris erga
Joseph. At Alcoranus etiam Beniamin admiscet.
Et quamuis illum etiam Pater ut pote natu mini-
mum peculiari amore fortasse diligeret: de hoc ta-
men fratres querelam habuisse non legimus.

4.° Alcoranus suppenit Jacobum cognouisse
Josephum, nec cum fratribus ad pascenda oues pro-
ficiscerentur; et non nisi multis eorum instantijs, et
cum consortio illum permisisse. At ueràc Gene-
si habetur oppositum, ubi Jacob ultrò filium suum
misit ad fratres uisendos, cum quibus etiam habetur

illum

illum quotidianam consuetudinem in pascendis pecoribus habuisse in illis uerbis (cap. 37): Ioseph pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer, et erat cum filijs Bale et Zelphe uxorum patris sui

5. Ex Genesi constat, fratres Ioseph, cum uidissent Madianitas transire, extraxisse illum de cisterna, in qua nulla erat aqua; et ijsdem mercatoribus uendidisse. Alcoranus fingit, mercatores ipsos misisse aquatorem suum, ut è cisterna hauriret aquam: hunc ueró in aqua extrahendo, Iosephum etiam & funem attraxisse. Quomodo autem fratres Ioseph potuerint dum ut rem suam uendere mercatoribus, quos mercatores ipsi in cisterna inuenerant, tu Lector diuina. Coranq; expositores, Alcoranum tuetur; asserentes, fratres Ioseph, cum uidissent eum è cisterna extractum, accurrisse, atque illum mancipium suum uenale esse asseruisse. Miserum effugium! Quo pacto sane poterant Madianitæ: Cur illum in cisternam P. 3. proiecistis? Sanè ut malum uel inutilem à uobis abijceratis: iam uobis pepererat: nos eum inuenimus: res nostra est: cur pretium ex eo quod noster est exigitis?

6. Iubet Alcoranus fratres Ioseph attulisse ad patrem tunicam illius, sanguine fictitio conspersam. At ex Genesi manifestè habetur, non ipsos tunicam ad patrem tulisse, sed alios misisse, qui eam deferrent, ac dicerent à se inuentam fuisse.

Quamobrem facet fictâ etiam esse illâ, de quibus
Iacob cum iisdem filijs conquestus est
1. ex fide Thalmudicâ haurit Alcoranus, Iosephum
1 (nempe ex Thal-
mud Babylonicâ) Ord. 3. ☐"ij] pag. 36. ad ea uerba Genes. c. 39. Accidit quadâ die. Vide Bartoloccii in Bibliotheca Rabbinica to. 3. pag. 515)
Babylonicam animo suo destinasse cum Hera adulterium
perpetrare. Apage Rabbinicas superstitiones. Apage fabam
Zalichæ, atque Ægyptiarum fœminarum fabulam. Constat
ex libro Geneseos apertissimè, castissimum iuuenem semper
à flagitijs tam exsecrandis abhorruisse; semper pietati-
tiæque Numini perpetuò constanter seruisse.
8. Figmentum, et quidem ridiculum est, scissio illa
inter se à parte posteriori. Vestis enim illa, quam ap-
prehendit mulier, non fuit intrusa, seu interius in-
dusium; sed uestis exterior seu pallium, quod fugiens
Ioseph, integrum in manu fœminæ reliquit.
9. Falsum est, Zalicham, dum Ioseph præterueniem in-
sequeretur, ad ianuam obuium habuisse maritum; tunc
enim, ut constat ex Genesi, marito domo abeunte. Quam-
obrem Zalicha cum domesticis primùm de Ioseph con-
questa est; deinde marito domum regresso, rem, ut con-
finxerat, narrauit, et pallium, quod detinuerat, ostendit.
10. Asseuit Alcoranus, Putipharem uxoris dolum, et
Ioseph innocentiam statim agnouisse, nec aliquid
pœnæ in eum statuisse. Asseuit Moyses oppositum:
nempe Putipharem uxoris uerbis fidem statim adhi-
buisse, et Iosephum in carcerem detrusisse. Id uerò fingit
Alcoranus à Zalicha, et fœminis conuiualibus postea factum
fuisse, at non sine Putipharis, et consiliarioru eius uoto, si

Zelali

Selati credimus, quasi vero Lutifares uxori suæ Senonem age-
ret: et Josephum, quia illius frugem recusabat, carcere pu-
niret

11. Per expositionem duobus Cunuchis somniorum (qui nō
simul cum Joseph; ut fingit Alcoranus, sed multo post
in carcerem conjecti sunt) transierē duo anni, post quos
Joseph e carcere adductus est, ut constat ex Ge-
nesi. At Alcoranus ponit بضع سنين: explicat Selal سبعا
septem, vel duodecim. Jahia, ex Corada سبعا septe.
Zamchascrius trium vocis definit: والبضع مابين لثلث الى التسع
واكثر الاقاويل على انه لبث فيه سبع سنين. Hec vox significat
numerum inter tres et novem. Plerique autem assumāt
Joseph mansisse ibi septem annos. ~~Per tunnel subterraneum~~
~~ejectus fuerat, conclusus Martanis, postea Alcoranus verba~~
~~hominis explicavit, remissus.~~ Itaque ~~adductus fuit~~ in-
~~carcerem remissus~~, inquit Alcoranus, mansit Joseph in car-
cere: cum inquit Moyses, duos tantum annos ibidem
exegerit

12. Ridiculè prorsus inducitur Joseph explicare
se. nio Pharaonis famulo qui missus fuerat ad eum
e carcere educendum, cum e sacra Historia haben-
tur, et ratio ipsa exigat, non nisi Regi ipsi immē-
diatè explicationem hanc a Josepho fuisse factam.
Magis vero ridiculè inducit famulum ipsum sua
venientem Josepho, ut cedat ad Regem, ~~ad quem nun-~~
~~quam venerat~~ Dominum suum, ut exploret ab eo, quę
fuerit mens mulierum in convivio Zulichę dum eas-

eiusque expositores

~~ad tunnel~~ vel potiùs play

vrij conciderunt manus suas. Putat Tamchascius, Dominum suum, intelligendum esse Deum. Sed inepte, et contra cæterorum Interpretum explicationem. Suadet itaque Joseph a famulo recipit ad Dominum suum, nempe ad Regem, ad quem nunquam venerat. Famulus verò seu nuncius qui venerat ad Joseph, ut ad somnia Regis explicanda illum accederet: suadet ei, ut agat cum Rege de negotio Feminarum. Putat Jahias hoc factum fuisse, ut innocentia, et integritas Josephi apud Regem constaret, qui illi in somniorum explicatione maiorem fidem adhiberet. Sed nimis violenta interpretationes hæ sunt.

13. Ex Genesi habemus, Josephum consuluisse Pharaoni, ut provideret virum sapientem et industrium, et præficeret eum terræ Ægypti pro frumentario. Alcoranus, Josephum ipsum sese ultrò Regi obtulisse ad hanc curam, pronunciat Principis sui fidentem, imò imprudentem, modestum juvenem facit.

14. Joseph remittens primâ vice fratres in Chanaan, detinuit pro obside Beniamini in carcere Simeonem. Item ex Genesi. Alcoranus supprimit omnes dixisse ad Patrem, eo tantum lege, ut si Beniamin non adduxissent, negarentur ipsis frumenta.

15. Ex Genesi constat, nullis fratrum sese

Joseph

Joseph archiepiscopo cognoscendum, nisi prius secundum eo-
rum egressum in Egiam, quando omnibus simul se
manifestauit. Alcoranus uero, post primum egressum,
quo Beniamin adductus est, ipsi soli fratrum Beni-
mino occulte; et clam ab aliis propalasse pronunciat.

10. Ex Genesi habetur, non Josephum, sed mini-
stros eius seruatos esse sacco fratrum, et inuenisse
scyphum aureum in sacco Beniamin: pro quo fur-
to fratres quasi seruiturem, sed mortem furis, et
seruiturem sui ignorum omnium exhibuerunt. In
Alcorano ipse met Joseph sacco seruatur, et scy-
phum inuenit: fratres uero seruiturem tantum
furis pro illius pena proponunt

11. Contra omnem historię facię ueritatem fingit
Alcoranus fratres Josephi secundo uice ueniisse
ad patrem in Chanaan, relicto in Egypto Beniа-
mino apud Joseph: et deinde urgente frumenti ne-
cessitate (quę reuera regressus primi causa fuit)
tertio uice in Egyptum ad comparandum triti-
cum uenisse. Confundit scilicet Simeonem cum
Beniamin; et primum egressum uerum, cum se-
cundo fictitio

12. Introducit Alcoranus Joseph manifestante
se fratribus, cum exprobratione illius quod fece-
rant contra se, et contra Beniamin quamuis
contra Beniamin nihil unquam fecissent fin-
ex opposito in Genesi legamus hanc manifestatio-

nem fuerant fuisse a Joseph humanissimis uerbis, fletu, lacrymisque permixtis, et cum commemoratione illius quod contra se fecerant, non ad ulciscendum, sed ad timorem excludendum. Ita enim loquitur: Ego sum dominus vobis ego videbo, quod vendidistis me in meis legionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum.* Et dictis, et exijs quæ ultrius dici possent, constat quanto mendacio confidendum sit Alcorano § 11a. Non est hic Alcoranus noua narratio, quæ conficta fuerit mendaciter: sed confirmatio illius quod scitu fuit a Deo ante eum. Videt minimum unusquisque quàm dissentio, et dissonio; imò quàm contraria et aduersa sint eo quæ in hac præsertim fuit habet Alcoranus, et eo quæ in sacris scripturis ante eum traditis reperiuntur. Videpa, quæ in Prod.ne p.e 4. cap. ult.o pag. 625. circa hanc Alcorani historiam dicta sunt.

* 19. Falsum prosus dixit, quòd Joseph exaltauerit parentes suos super Thronum: nam reliquit eos ut erant antea, pastores suium, collocans in Terra Gessen: nec vllum munus honorificum in Regno, aut apud Regem eos habere voluit.

سورة الرعد مكية
خمس واربعون آية

SVRA XIII.
TONITRV.
Meccana: Commatum XLV.

In

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. A.L.M.R.

2. Hæc sunt signa Libri: [i. commata Alcorani] et quod demissum fuit ad te à Domino tuo est Veritas: sed plerique hominum non credunt.

3 Deus est, qui exaltauit cælos sine columnis sustinentibus eos, quas uideatis. Deinde adequauit se super Thronum; et adegit ad gratis seruiendum, Solem, et Lunam: omne currit ad metam [a] constitutam. Moderatur rem omnem: [a. nominatam]
distinctè proponit signa potentiæ suæ; ut vos in occursum Domini uestri [i. in diem Resurrectionis] certò credatis.

4. Et ipse est, qui extendit Terram, et posuit in ea montes stabiles, et flumina; et ex omnibus fructibus posuit in ea coniuges duos. Facit ut cooperiat nox diem. Certè in hoc sunt sanè signa unitatis Dei hominibus, qui recogitant.

5. Et in Terra sunt partes-distinctæ, sibi contiguæ; et horti ex uuis, et semen, et palmæ complexæ [i. in stirpes truncos ex una radice consurgentes], et non complexæ [i. singulares] i. Irrigantur hæc omnia à qua una: et præstantiora facimus quædam eorum, quam alia ad comedendum. Certè in hoc sunt sanè signa hominibus qui intelligunt.

6 Quod si admiraris, quod infideles tibi non credant; magis certè mirum est dictum eorum: An postquam fuerimus pulueris, certè nos utique restituendi sumus in creaturam nouam.

7 Hi sunt, qui non credunt in Dominum suum; et hi,

cateng conscienter in cohla eorum; & hi erunt habitatores
Ignis; ipsi in eo semper commoraturi.

8. Et postulabunt à te acceleratiõnem mali [i. pene] an-
te bonum [i. potius quam misericordiæ]. Et jam præterierũt
ante eos similia exempla diuinę uindictę similia. Et quidem Do-
minus tuus iàm prędictus est indulgentia, dum homines
super iniquitatem eorum: Et quidem Dominus tuus iam
est uehemens in puniendo.

P: 8
A fr/368 9. Et dicunt, qui sunt incredeli, in istoriè: Nonne de-
missum fuit nuũ cum [i. Mahumetum] signum à Do-
mino suo? Iu certè es prędicator [i. missus ad prę-
dicandum, non ad miracula faciendo] + et unicuiq;
genti datus fuit director.

10. Deus scit, quid utero gestet omnis fœmi-
na: masculum, an fœmellã: singulare an geminũ: et
quantum minuatur inde ex conceptu; et quan-
tum augeatur ex illo: et omnis res apud eum est
cum mensura.

11. Sciens arcani, et manifesti: Magnus, excel-
sus.

12. Æqualis est ex uobis in scientia eius, qui ce-
lat dictum, et, qui manifestat illud: et, qui est ab-
scondens se in nocte, et ambulans manifestè in
die.

13. Ipsi [i. homini] sunt Angeli tibi mutuò suc-
cedentes ante eum, et post eum: custodiunt eum
ex præcepto Dei. Certè Deus non immutabit, quod
est

est in hominibus gratiæ suæ donec ipsi immutent
id quod est in animabus suis & peccatum. Cùm autem
voluerit Deus in hominibus malum [i. punire illos]†
non erit auertens a dum ....; neque erit ipse præter eum a. illud
vllus patronus.

14. Ipse est qui videre facit nos fulgur ad timorem
fulminum, et ad ipsum pluuiæ: et producit nubem
grauidam imbre.

15. Et celebrat TONITRV laudem ejus: et An-
geli. Laudant eum ex timore ejus [i. Dei]† et mittit
fulmina, et percutit illis quem vult: et ipsi discrepant
inter se de Deo: et ipse est robustus potentia.

16. Ipsi conuenit inuocatio veritatis [i. Non est Deus quasi
Deus]: et qui inuocant deos præter eum, non exaudient
eos vllo in re, nisi quemadmodum exaudiuit expandens
volas suas ad aquam, quæ est in gurgite, regens eam,
ut perueniat ad os suum; neque ipse erit perueni-
ens ad illud: et non est inuocatio infidelium, nisi
in errore.

17. Et Deum docuit, quæ sunt in cælis, et terra ipsum
et inuisibilia† et umbræ eorum, manè et vespere. † [i. velint, nolint]
18. Dic: Quis est Dominus cælorum et terræ? Res-
pondeo: Deus. Dic: An ergo accepisti præter eum pa-
tronos, qui non possident sibi ipsis juuamen, neque
nocumentum [i. qui nec auxiliari sibi possunt nec
nocere]? Dic: An æquabuntur cæcus, et videns?
Vel, an æquabuntur tenebræ et lux? An possunt

Deo socios, qui creauerint ipsum creationem ejus
[i. sicut creauit ipse sit autor similis sit vocatio a
pud eos]. 3 Dic: Deus est creator omnis rei: et
ipse est Unus, Aequalens.

19. Demittit è cælo aquam, et fluunt torrentes in men-
sura sua: et effert fluvius spumam superiacentem. Et
ex eo, quod incendunt in igne conflantes illud quæren-
do efficere ex eo monilia, aut supellectilem, oritur
spuma similis illi. Ita parabolicè prognit Deus ve-
Inscriptio Surę, Arabicè est الحجر Hegrum; Est autem Hegri iuxta Gelalem: واد بين المدينة و الشام وهو ثمود: Valli inter Medinam, et Syriam, ubi habitabant Themudęi; de quibus hic agitur satis concisè. De loco, in qua tradita fuit Sura, non inuenio inter Moslemos controuersiam. Innumero etiam uersuum omnes conueniunt esse nouem supra nonaginta. Sed si computes tres primos characteres singulares, centum reperies. Præmium legentium hanc suram, sic habet. من قرء سورة الحجر كان له من الاجر عشر حسنات بعدد المهاجرين و الانصار و المستجرين محمد. Qui legerit suram Hegri, habebit pro mercede decem bona

bona, iuxtà numerum eorum, qui Meccâ Medinam emigrauerunt; et eorum, qui primi Mahumetum adiuuerunt; et eorum, qui eundem inuiserunt. Nimirum, ut pro singulis eorum, decem bona, seu præmia sortiatur.

2. Libri, et Corani] Idem uidetur esse ac, Libri Alcorani. Dicitur autem قران Coranus, sine articulo: et القران Alcoranus (Italicè, il Corano): cum articulo.

3. Aliquando desiderabunt]. Particula ربما significat tam التكثير multiplicitatem; quàm التقليل paucitatem. Potest itaq; uerti multoties, uel aliquando, uel fortasse. Hoc autem desiderium erit, iuxta Zelalem يوم القيمة اذا عاينوا خالهم وحال المسلمين: die Resurrectionis, quando infideles uidebunt statum suum, et statum fidelium.

10. et profectò nos eximus illam prorsus custodientes] Hanc Alcorani custodiam asserit Zelal diuinitus factam من التبديل والتحريف والزيادة و النقص: à commutatione, et peruersione, et additione, et diminutione: ita ut in Alcorano nihil sit immutatum, nihil deprauatum, nihil additum, nihil ablatum.

17. posuimus in cælo Turres]. Has turres, uult Zelal, esse اثنى عشر duodecim: signa scilicet Zodiaci, quæ ita enumerat: الحمل والثور والجوزا والسرطان والاسد والسنبلة والميزان والعقرب والقوس والجدى والدلو والحوت وهي منازل الكواكب السبعة المسيرة: المريخ وله الحمل والعقرب: والزهرة ولها الثور والميزان: وعطارد وله الجوزا والسنبلة: والقمر وله السرطان: والشمس ولها الاسد: والمشترى وله القوس والحوت: وزحل وله الجدى والدلو: Agnus, Taurus, Gemini,

Cancer, Leo, Spica, Statera, Scorpius, Arcus, Aegdus, Aquarius, Pisces. Hę autem sunt stationes septem stellarum errantium. Agnus, et Scorpius habent Martem: Taurus, et Statera Venerem: Gemini, et Spica Mercurium: Cancer Lunam: Leo solem: Arcus et Pisces Jovem: Aegdus et Aquarius Saturnum.

18. Et custodiuimus eas ab omni Satana Lapidato]. Fingunt Mahumetani, consuesse Daemones antea ortum Mahumdi, in eas Turres cęlestes, seu signa Zodiaci ascendere, atq; inde arrectis auribus arcana Angelorum colloquia furtim excipere, quę deinde amicis, et Magistris renunciabant. Ubi uero Mahumetus ortus est, Deus flammis ardentib? coniectis Daemonas illos exturbauit, ne postea amplius cęlestium arcanorum furtiuis auribus excipere. Et nihilominus identidem redire tentantes, eisdem flammis territat, ac in fugam conuertit. Stellas rei indicium esse uolunt, ~~stellarum~~, exhalationes illas ignitas, quas stellas uolantes appellamus. Idem autem est hic (ut) Lapidatus, ac flammis illis cęlestibus percussus.

corriſ 47. alt. 48. super lectulos sibi inuicem occurrantes] Selal. لا ينظر بعضهم الى قفا بعض لدوران الاسرة به

Non respicient alij aliorum occipitia, seu posteras cervicis: dum in lectulis sese hinc illuc reuoluent, et congyrabunt

cor. 50. qar. 51. de hospitibus Abrahę] Selal. وهم الملئكة اثنى عشر او عشرة او ثلاثة منهم جبرايل.

Et fuerunt hi Angeli duodecim:

cim, uel decim, uel trey: inter quos erat Gabriel. Ita hallucinantur Moslemi in Sacris Scripturis.

79. Habitatores Aleice] Arabice اصحاب الايكه socij Aldicæ. per errore 77

Et locus syluestris prope Madian, et eius habitatores sunt populus Sciaib, seu Jethro, de quibus supra.

81. Habitatores Hegri] Hi sunt Themudei, quibus prædicauit Saleh; et ostendit miraculum Camelæ. v. s. per errore 78

88. Septem uersus, qui repetuntur] Selal: لانها تثنى في صلوتهم: quia hi septem uersus, quibus prima Alcorani sura continetur, repetuntur ad singulas inuocationes. per errore 85

89. Nullo modo extendas oculos tuos]. Iuuo ego hic notari licentiam, seu ueriùs lasciuiam Mahumeti in alienis uxoribus aspiciendis; quam conscientiâ victus, ipse met confiteatur. Est enim ازواجا plurale من زوج, quod tam maritum, quam uxorem significat, quemadmodum apud Latinos, coniux. Quamuis hoc loco etiam pro maritis accipi æquè bene possit: est enim Arabice ولا تمدن عينيك الى ما متعنا به ازواجا منهم. Et nullo modo extendas oculos tuos ad id quod fruendum dedimus coniugibus (uel coniugis) ex illis. Sed Selal contra omnem linguæ Arabicæ proprietatem explicat اصنافا generibus, seu speciebus; nimirum multis Mecæanorum, seu Infidelium: pro quibus Jachias intelligit اغنياء diuites. Camehascerius item exponit اصناف الكفار generibus Infidelium per errore 86.

91. Super Diuidentes.] Arabice المقتسمين partientes, seu diuidentes in partes. Selal ita exponit: اليهود والنصارى الذين جعلوا القران اى كتبهم المنزلة اجزاء حيث امنوا ببعض وكفروا ببعض وقيل المراد per errore 90.

بهم الذين اقتسموا طرق مكة يصدون الناس عن الاسلام وقال بعضهم فى القران
شعرا: سحر وبعضهم كهانة وبعضهم *Hi sunt Judei et Christiani,*
qui diuiserunt in partes Alcoranum, i. sacros libros suos,
credentes in aliquos eorum, aliquos uero reijcientes. Alij
uolunt intelligi de illis, qui diuiserunt, seu impedierũt
uias ad Meccam, auertentes homines a religione Islamitica. Et dixerunt quidam ex his de Alcorano: esse
Magiam: quidam, uiolationem: quidam uero figmentum
Ethicum

Refutationes

uersic. 10. 1. *Quod hic habetur, Deum demisisse Commonitionem:*
et eundem illam custodire: (nomine Commonitionis,
Arabice الذكر, *intelligit Ricardus, seu Nicolaus ex*
Ordine Predicatorum in Confutatione Alcorani Cap. 3°,
Pentateuchum et Euangelium: et hoc asserit esse iuxta
expositionem ipsorum Mahumetanorum. Ego quoque
fateor hanc dictionem accipi non raro in huiusmodi
significatione: sed hoc loco reperio expositores omnes
pro Commonitione, Alcoranum intelligere. Jabias:
انا نحن نزلنا الذكر يعنى القران وانا له لحافظون: حفظه الله من ابليس
ان يزيد فيه شيئا او ينقص منه. *Nos certe' omnipotens* ~~Alcoranum~~ *Commonitionem, idest Alcoranum: et nos sane eam custodiemus.*
Custodiuit enim ipsum Deus a Diabolo, ne in eo aliquid addere, uel minuere. Celal. انا نحن نزلنا عليك يا محمد الذكر اى القران
وانا لحافظون من التبديل والتحريف والزيادة والنقص. *Nos quidem*
demisimus super te, o Mahumete, Commonitionem, idest Alcoranum: et certe' nos custodiemus eum ab immutatione,

depraua-

depravatione, additione, ac diminutione. Ramchagerius:
واحد عليهم انه المنزل وانه هو الذى بعث به جبرايل الى محمد وبين
يديه ومن خلفه رصد حتى نزل وبلغ محفوظا من الشياطين وهو حافظه
فى كل وقت من كل زيادة ونقصان و تحريف وتبديل بخلاف الكتب المقدسة
فانه لم يتزل حفظها فانما استحفظها الربانيون والاحبار واختلفوا فيها بينهم
بغيا فكان التحريف ولم يكل القران الى غير حفظه. Et confirma-
mit illis Deus, se esse qui misit Alcoranum, et qui mi-
sit cum eo Gabrielem ad Mahumetum: et ante et retrò
custodiuit eum, donec delatum esset Elo, et peruenisset
custoditus a Demonum iniuria: et ipse custodit il-
lum omni tempore ab omni additamento et imminutio-
ne, et peruersione, et mutatione, ac opposito librorum
Alcorani preteritorum, quos ipse non demisit Elo
cum custodia: sed custodiendos reliquit illorum Doc-
toribus legis, et Pontificibus. Sed si discordes fuerunt
circa eos, inter se ob inuidiam. Hinc orta est in
illis reprauatio. Alcoranum autem nulli alij preter se
tradidit custodiendum. Verum cum hac tota chimerica cu-
stodia, Alcoranum in multis corruptum, ac mutatum fuisse fa-
teát ex ijs quæ in Prologo p. 1. de Alcorano dicta sunt. In-
terim obiter noto, cum Mahumetus legibus præcipiat suis, ut
omnes sacros libros, Pentateuchu scilicet, Euangelia, et Alco-
ranu, pari in honore habeant, nullumq; inter eos discrimen
faciant; cur non omnes à Deo æque custoditos, atq; à corru-
ptione seruatos fuisse fateantur? Verùm si ea solum tem-
poris spatio, quo Alcoranus e Celo ad Mahumetum, uel ad
Celum cum eo missus est, custoditus fuit a Deo, ne Dæmo-

KK/386

nes eum degrauarent: cur non idem de Pentateucho, et Euangelio ~~dictaretur~~ dictarunt? Neque enim credi potest, Pentateuchum ad Moysen, uel Euangelium ad Iesum e Christi corruptum peruenisse. Si uerò de tempore subsequenti, et quod usque modo decurrit agatur: Sole igitur clarius est, Alcoranum non ita a Deo custoditum fuisse, ut in illum immutatio aliqua, uel additio, uel diminutio, uel degradatio inuexerit: cum Iudæi (ut Turcæ et Arabes asserunt) et Turcæ et Arabes (ut affirmant Iudæi), multa in eo etiam substantialia corruperint, uel mutauerint, et tamen utraque gens credat se Alcoranum uerum habere. Huc accedit, quòd cum Alcoranus lectionibus uarijs plenus sit, nec ueræ Lectio certò possit definiri: sequitur necessariò plures in illum mutationes irrepsisse. Licet ideo scire uellem a Moslemis, quinam, et ubinam sit Alcoranus ille ita a Deo custoditus, ut nulla in eo mutatio deprehendatur. Nos sanè uidemus in omnibus Alcorani exemplaribus * ~~adhuc~~ ~~exercitum~~ subesse mendas Amanuensium negligentia illapsas: et in ~~scripturis~~ ~~uel quæ regulam~~ sed aut regulam ~~uel quæ~~, quas ego ex manibus Mahumetanis scriptis, ~~plurimas~~ multas ~~et~~ essentiales ~~substantiales~~ erratas notaui. Nec mirum: summa enim esset amentia sibi persuadere, Deum adstitisse omnibus Alcoranum ascribentibus, ut nullum in scribendo errorem committerent. Erit igitur Alcoranus aliquis in uniuersali, cuilibet de suis gene-

* plura menda etiã substantialia

ra

(ro et Specie) quod Philosophos, qui in Regno tantùm Regnorum recipiendum.
Et idem nobis de Pentateucho, et Euangeliorum maiori cum latione dicere licebit. Pel erit ille dies, quem semel in anno attendebat Gabriel Alahumeto, qui nullibi reperitur: nec tamen Alcoranus, quem Alahumetus ipse apud se scriptum habebat, poterat esse illi uniformis: alioqui frustra Gabriel suum illi Alcoranum attendisset. Debuit etiam in Alcorano mutationem facta fuisse, titulorum illa ridiculorum inscriptio: quæ in nullo penè Alcorani exemplari uniformi reperitur. Denum puncta distinctiua, seu commata, motiones, seu uocales, et cetera signa grammatica in Alcorano longè post Alahumeti tempora addita fuisse, docti omnes et norunt et fatentur.

De Turribus illis cælestibus, ac Dæmonibus inde expulsis, longa est fabula. Breuiter hic repetam, quæ in ~~prima~~ secunda Crabronis mei parte † fusius exposui. Ante aduentum Ala- † cap. 4. p. 42.
humeti assidebant Dæmones in his Turribus, et inde per foramina quædam arrectis auricularis arcana Angelorum inter se, et cum Deo colloquia excipiebant: et si qua futura ex ijs cognouissent, in terram descendentes, Magis, Ariolisque reuelabant; ut ita homines facilius decipierent. Affirmant ergo uniformiter Scriptores Mosleni, paulo antequam Alahumetus oriretur, ex- eum flammas quasdam in Dæmones repente immisisse, dum nihil tale cogitantes, in Turribus illis, Angelorum colloquia furtim excepturi accumberent: et uniuersos tu-

multuarim confugisse, nec unquam eò venisse fuisse.
Fabulam clarioribus verbis ita refert Albucasis eo
Arabicæ dictionis breuitatis cauto fideliter translatis,
= ita refert Albucasis: Et commoti, conterriti que sunt
= Dæmones, et expulsi sunt a locis, in quibus ante iacebant,
= ut furtim excigerent ex illis, quæ ab Angelis ac Deo in
= cælo dicebantur, et flammeis iaculis percussi sunt.
= Habetur ex Homar Scribanensi, et communi histori-
= corum relatu, Magos, et Arioles, et Satanas (re-
= bellas, et Dæmonas) ante Mahumeti aduentum, co-
= nicisse (ex admirandis ostendere), ac peregrina, no-
= uaque prodigia parare; et hominibus arcanas, atq;
= occultas (ex) diabolorum, ac demonum linguas reue-
= lare, qui furtim eas ab Angelis auribus arreptis
= accipiebant. Neque ueró fuerunt hi penitus è Cæ-
= lis depulsi, unde hæc assidentes audiebant; usque
= ad aduentum Mahumeti. Has flammas aiunt
Jelal, nihil aliud esse quàm كوكب مضئ تحرقه او تثقبه او
تخبله: stellam lucidam quæ combuit, aut penetrat,
aut atque in furorem amentiamque conuertit eum Li.
Dæmonem. Ahmed filius Abdel-Halim in sua
Apologia pag. mihi 353. ex authoritate Sapientum
Mahumetanorum, et ipsius Mahumeti, uult has flammas
& stellas illas uolantes, de quibus Virgilius l. 1. Georg.

„ Sæpe etiam stellas, uento impendente, uidebis
„ Præcipites cœlo labi, noctisq; per umbras
„ Flammarum longos a tergo albescere tractus.

Refert

Referam hic aliquot eiusdē uerbis. ومعلوم ان هذا امر يراه الناس
بابصارهم فان امتلاء السما بالشهب امر يراه الناس كلهم. فلو لم يكن كذلك
لكان الناس يكذبون بهذا: Et notum est hanc esse rem, quam uidēt omnes homines oculis suis: Nam repleri cęlum flammis (uidēt stellis uolantibus) rē est, quam uidēt homines uniuersi. Quod si non fuisset ita (quando scilicet Mahumetus hęc referebat populis ex Alcorano): profecto negassent, tanquā (meditatum, id quod referebat. Mox subdit:
ذلك احد بل فاما لم ينكر ذلك جميع تظاهرت الاخبار بمثل اخبر به القران من الرمى العظيم
بالشهب الذى لم يعهد مثله حتى صاروا يشكون هل ذلك من الكواكب التى فى
الفلك او غيرها: وقالوا ان كان فى كواكب الافلاك فهو خراب العالم فلما راوه
لم يحدث فى ما دونها علموا انه لامر حدث: quit: imò conuenēre Historię in referendo id quod narrat Alcoranus circa magnam eiaculationē huius flammę, cui nunquam antea similis uisa fuerat: unde dubitauerūt, utrum hęc à Firmamēti stellis procederet, an uerò alibi unde oriretur. Et conuenerūt, quod si ex stellis cęlestium Orbium emanasset, uniuerso Orbi ruinā attulisset. Cum uerò obseruassent id sub ijsdē Orbibus euenire, cognouerūt esse rem nouam. Nihilominus subdit Author: وقد ظن
بعض الناس ان الشهب لم يكن يرمى بها قبل ذلك الحال والصواب انه كان الرمى
بها قبل كما هو الان احيانا كما ثبته محمد مسلم
في صحيحه. Et iam opinati sunt quidam hominū, quod flammæ illæ seu stellæ uolantes nunquā antè hoc tempus uibratæ fuissent. Sed certum est eam coniecturā aliquando antea sicut nunc: et affirmat hoc Sahihus Moslemi. Non est hic omittenda, id quod refert

C. 3. Kr. 387.

Abdacarius pariter Regia Traditionum Mecovanicarum? nimirum? Dæmonem quendam dixit Zarkæ Reginæ ~~Arabiæ~~ Arabiæ felicis, quæ erat famosissima prestigiatrix, dum ob Mahumeti aduentum

لقد نزل بنا الامر اكثر نزل بك: كنا نصعد الى السموات
congrueres: فسترق السمع الى ان بعث المسيح ابن مريم فطردنا من اربع سموات فلما كان في
هذه الايام طردنا من السموات كلها وسمعنا منادياً ينادي في السموات العلى
ان الله عز وجل يريد ان يظهر رسوله وحبيبه ليكسر الاصنام لم

Aliquid graue nobis accidit quam tibi. Nos per septem Celos ascendebamus, et furtim excipiebamus inibi arcana celestia: donec missus est Christus filius Mariæ, et tunc electi sumus e quatuor Celis. Hic uero diebus ex omnibus Celis electi sumus: uocemque preconis audiuimus, qui ac altissimo Celo clamabat: Deus potens et gloriosus manifestare uult Legatum suum, et dilectum suum, ut confringat idola &.

Nihil magis insulsum ac ridiculum poterat excogitari. Hoc unum abunde ostendit, Alcoranum non posse esse a Deo, cum adeo absurda, atque insana continear. Quid enim? Habent ne Dæmones auriculas, uel Angelorum uoces materiales sunt, ac sonoræ: ita ut illi ad has furtim excipiendas excudere debeant ad foramina uel fissuras Celorum. Verum Mos lemorum crassitiei potest hoc aliqualiter condonari. Sed quid dicemus de electione Dæmonum e turribus Celi? Ejectum illarum flammarum, quas Meteorologi fidem discurrentis seu uolantis, uel stellas cadentes appellant? Quis unquam somniauit huiusmodi flammas non

nisi

nisi ad Mahumeti aduentum essise uideri: anted ue=
ro uel uisus non fuisse, uel rarius apparuisse, cum hu=
iuscemodi Meteorologice impressiones semper eodem mo=
do tam ante, quàm post aduentum Mahumeti ubiq;
et ab omnibus uise fuerint, ut patet ex supra alle=
gatis Pigilij uersibus: et ex Aristotele lib. 1.
Meteor. cap. 4. et 5. Quid uerò efficere possunt in
Demonibus hę flammę, cum hi spiritus sint incorpo=
rei, neque a materialibus flammis læsi possint, fal=
tem eo modo, quem fingunt Mahumetani? Quæred
certissimum est, Meteora prædicta in Orbibus Cele=
stibus non gigni, quemadmodum Auerroes ipse
fatetur: sed sub Celo Lunę in secunda aeris re=
gione, remotissimè ab infimo Celo, ad quod terrum
est, eò non pertingere. Imò plerumque non tan=
tum, sed obliquè, et in transuersum mouentur, et
aliquando etiam deorsum feruntur, ut asserit Ari=
stoteles loco cit. his uerbis: Aut in sublime fer=
tur, uel ad latus: sed ferè ad latus: quòd duobus
motibus, ui deorsum, natura ad rugero feratur:
omnia enim talia diametrum ferri solent. Sta=
quæ stellarum, quę trajiciuntur, motus inflexus
et obliquus ferè existit. Quomodo ergo dici potest
sine manifesta insania, Meteora hęc inuehi sup=
tum ad feriendos, ac depellendos Dæmones, qui per
septem Celorum orbes assident ad Angelorum collo=
quia furtim excipiendo, cum ne tertiam quidem aëris

regionem transcendant? Satis uero importune, et prorsus ineptè admonuit Magnus ille Doctor Ebn-Abbas à Jahia relatus, discipulos suos, de huiusmodi flammis: اذا رايتم الكوكب الكوكب قد رمى به فتوهموا فانه يحرق ما اصاب وما يقتل. Cum uidentis stellam micare uibrari, statim euanescere, scitote eâ tantum adurere quem ferit, non occidere. Dubitare scilicet aliquis potest, utrum uapor ignitus in secunda aëris regione conceptus, et nullius prorsùs actiuitatis, possit Dæmonas in cœlestibus orbibus commorantes non solum adurere, sed etiam occidere. Verùm exeuntes uult Arabes, qui Dæmonas seu Genios, et corporeitatem habere, et generationi, et corruptioni obnoxios esse existimant.

3. Hallucinatur Alcoranus, dum fingit uos Angelos annunciare Abrahæ, tanquam rem nouam, conceptum et natiuitatem Isaac; et Abraham de hoc dubitare, et ab Angelis argumenta huius rei exquirere. Jam antea certior factus fuerat à Deo, se filium Isaac e Sara suscepturum, neq; potuerat de hoc nisi stultè, uel impiè dubitare. Dubitauit quidem Sara, cui Deus nihil reuelauerat, et de reuelatione facta Abrahæ nihil fortasse sciebat. At Mahumetus Abraham hîc cum Sara uoluit confundit.

Reliqua huius fere fabulæ, et inepties, ut de creatione Adæ; de adoratione Angelorum, de Paradiso, et Gehenna, de Lot, de Sodomitis, et aliis: iam supra uobis refutauimus.

سورة

سورة النحل مكية
ماية وثمان وعشرون آية

SVRA XVI

APES.

Meccana: commatum
cxxviij.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. Vênit Imperium Dei [i. proge est Dei iudicium, uel iudicium]: ne ergo accelereti illud. Laus eius: et exaltetur ab eo quod associant [i. procul absit ut habeat deos socios]
2. Descendere faciet Angelos cum Spiritu ex imperium suum, super quem uoluerit de seruis suis: et dicet illis: Predicate, quòd non est Deus, nisi ego: itaque timete me.
3. Creauit Celos et terram cum ueritate: exaltetur ab eo quod associant.
4. Creauit hominem ex spermate: et ecce ipse est disceptator manifestus circa mortuorum resurrectione.
5. Et pecudes creauit: uobis in illis est materia ad calefaciendum [i. Land et gili] et utilitates alie: et ex ipsis uescimini.
6. Et uobis in illis est decor, cum uesperè ad stabula reducitis eas: et cum manè in pascua educitis.

7. Et portant onera uestra ad regionem, ad quam non erati peruenturi, nisi cum difficultate personarum ue-
strarum: quippe Dominus uester ualdè est benignus, misericors.

8. Et creauit equos, et mulos, et asinos, ut consenda-
tij eos, et ad ornamentum: et creabit alia, quę non nostrij.

9. Et ad Deum spectat demonstrare uiam rectam: et ab eo inuenitur dest aliquis declinans. Et si uo-
luisset, certè diceret uos uniuersos.

10. Ipse est, qui demisit e Celo aquam: uobis est ex ea potus: et ex ea oritur arbor: in ea pascitis pecora uestra

11. Germinare facit uobis & eam semen, et oleam, et palmam, et uuas, et ex omnibus fructibus. certè in hoc est sanè signum unitatis Dei, hominibus qui in mente recogitant.

12. Et coegit grati seruire uobis noctem et diem; et solem, et Lunam et stellas subiectas gratiæ seruituti & imperium suum. certè in hoc sunt sa-
ne signa hominibus, qui intelligunt.

13. Et subiecit uobis quod creauit uobis in terra diuersum coloribus suis. Certè in hoc uerè est signum hominibus qui memoriæ recolunt illud

14. Et ipse est qui subegit uobis mare, ut come-
datis ex eo carnem recentem [i. pisces]; et extrahatis ex eo ornamentum [i. uniones et purpuram] quo in-
duā-

duamini. Et uides naues nauigantes illud: et ut exquira-
tis, mercaturam exercendo & nauigationem de abundan-
tia eius [i. Dei]: et ut uos gratias agatis illi propter
hoc
15. Et coniecit in terra montes stabiles, ne moueren-
tur uobiscum, et flumina, et semitas, ut uos dirigeremini.
16. Et posuit signa [i. indicia uiarum]: et per stellas ipse
se dirigunt.
17. An ergo qui creat, erit sicut qui non creat? An
ergo non cogitatis?
18. Quod si numeraueritis beneficia Dei: non absque-
ni computum eorum: quippe Deus uere est inductor,
misericors.
19. Et Deus scit quod occultatis, et quod prodatis.
20. Et quos inuocant preter Deum, non creant quid-
quam, et ipsi creantur.
21. Mortui sunt, non uiui: et non intelligent quã-
do suscitabuntur [i. formabuntur ab artificibus].
22. Deus uester, Deus unus est. Qui uero non cre-
dunt in futurum seculum: corda eorum sunt abne-
gantia uero unitatem Dei: et ipsi sunt superbe re-
pellentes ueritatem
23. Non est dubium quin Deus sciat, quod occultãt,
et quod manifestant: certe ipse non amat superbi- C. ii
entes. K2 / 39r.
24. Et cum dicitur illis: Quid demisit Dominus
uester? ad Machumetum? Respondent: Figmenta

Eiorum
25. Vt portent pondera sua integra. [i. peccata sua nulla-
tenus expiata] in die resurrectionis: et partem ex pon-
deribus eorum, qui errare faciunt eos sine scientia.
Non ne malum erit eius, quod portabunt?
26. Iam dolose egerunt qui fuerunt ante eos: ne-
mique Deus ad edificium eorum, ut destrueret illud
& fundamentis: idcirco cecidit ius eorum a
parte diligentium eorum: et aduenit illis pena de un-
de non animaduertebant.
27. Deinde in die resurrectionis Iudefacier eos,
et dicet: Vbi sunt socij mei [i. Vigilantes, quos
exprociabatis mihi], de quibus disceptabatis contra
fideles? Respondebunt illi qui donati fuerunt
scientia [i. fideles]: profecto confusio erit ho-
die, et malum super infideles.
28. Illi quos mortitradent Angeli, iniquos con-
tra animas suas; offerent concordiam in auricu-
lo mortis, dicentes: Non fecimus quidquam
mali. Sed respondebunt Angeli: Feciatis utiq;
Certe Deus est sciens in eo quod operabamini.
29. Ingredimini ergo portas Gehennæ, in quibus
mansuri in eas: et sane miserum erit recep-
taculum superborum.
30. Et dicetur illis, qui pie fugerint: Quid-
nam demisit Dominus vester? Respondebunt:
Optimum illis qui benefecerunt in hoc mundo:

bonum

bonum erit illis: et carte Palatium alterius uite erit melius: et profecto euge Palatium Liorum.
31. Horti eolen, in quos ingredientur; cum-
cunt subter eos flumina: ipsis erit in illis quo
uoluerint: sic remunerabit Deus Lios
32. Illis quos morti tradent Angeli, boni; dicent:
Pax uobis uos: ingredimini Paradisum ob id quod
fuistis operati
33. An expectant infideles, nisi ut ueniant
ad eos Angeli ad eos occidendos: aut ueniat im-
perium Domini tui [i. pena uel ultio illius]. Sic
fecerunt qui fuerunt ante eos: et non iniuste fuit
in eos Deus: sed ipsi animas suas iniuste tracta-
uerunt.
34. Et inciderunt illis mala in pena illius
quod fecerunt: et descendit super eos supplicium
quod irridebant
35. Et dixerunt qui associabant [i. idolatre]: si uolu-
isset Deus, non coluissemus preter eum quidquam nos,
neque patres nostri: neque prohibuissemus sine illo
[i. sine illius imperio] quidquam. Sic faciebat
[i. dicebant] qui fuerunt ante eos. Numquid
Ad uero ad legatos spectat nisi predicatio
manifesta?
36. Et iam quidem suscitauimus in omni gente
legatum, qui diceret eis: Colite Deum, et euen-
mini idolo. Et ex his uero aliquos direxit Deus

et ex his alicui debitum fuit vt Dei predestinationem errare. Perambulate igitur terram, et inspicite quomodo fuit finis mendacia imponentium legatis suis

37. Si solicitus es, o Mahumete, sup̄ directione eorum: certè Deus non diriget quem errare fecerit: neque erunt illis ulli adiutores.

38. Et iurauerunt p̄ Deum toto conatu iuramentorum suorum, dicentes: Non suscitabit Deus eum, qui mortuus fuerit. Imò suscitabit eum: p̄ promissio *de hoc uero est: sed plerique hominum ignorant.

39. Vt clarum faciat eis id, in quo sunt discordes: et ut sciant qui sunt infideles, se esse mendaces.

40. Quotcunq; dictum nostrum ad rem rei, cum voluerimus eam, erit, quod dicamus ei: Esto: et erit.

41. Et qui patriā emigrauerint pro Deo, postquam iniuriā vexati sunt: certè faciemus habitare eos in hoc mundo pulchrè: et quidem merces alterius uitæ erit maior. si sciuissent hoc infideles, certè fidem amplexi fuissent.

42. Qui patienter sustinuerint, et sup̄ Dominum suum innixi fuerint: prouidebit illis Deus unde non opinantur

43. Et non misimus ante te, nisi uiros, non autem Angelos: loquebamur p̄ reuelationem ad eos. Interrogate porrò familiam commonitionis [i. peritos Testamenti, et Euangelij: seu Iudæos et Christianos]

si uos

* illi [scilicet Deo debita Et obseruanda erat]

d. super eum debita [idest, ex debito de eo obseruanda est]

si uos accitis hoc: ipsi enim sciunt.

44. Missimus autem illos cum euidentibus argumentis, et libris: et dimisimus ad te Commonitionem [i. Alcoranum]; ut declares hominibus id quod demissum est ad eos: et ut ipsi mentes reuoluant.

45. An ergo reuni fuerunt qui machinati sunt mala contra Monumentum; ne desisceret faceret Deus subsistentiam: uel ne ueniret ad eos pœna unde non putabant?

46. Vel ne puniret eos in circuitione ipsorum [i. dum mercatum gratia itinerabantur]: neque ipsi imbecilles erant reddituri Deum ne ipsos puniret

47. Vel ne puniret eos, a paulatim imminuendo terram eorum? Et[è] Dominus uester uerè est pius, misericors.

48. Non ne uiderunt id quod creauit Deus rerum, quomodò ~~umbræ~~ inflectantur umbræ eius a dextris, et sinistris, adorantes Deum: et ipsæ sunt paruæ centes [i. se se imminuunt]

49. Et Deum adorat quod est in Cœlis, et quod in terra ex bestijs: et Angeli: et ipsi non efferuntur in superbiam, dedignantes eum adorare

50. Timent Dominum suum super se et exaltatus: et faciunt id quod iubentur

51. Et dixit Deus: Ne accipiatis duos deos duos: quisquis ipse est Deus unus: et me, timete me

52. Et ipsius est quod existit in Cœlis, et terra: et ipsi est religio perpetua. Anne ergo præter Deum timebitis alium

a per iniectionem terroris

b respexerunt ad id

C. 12
RR/396

53. Et quod est in nobis de gratia [i. bonorum]: certè est a Deo. Tum ubi retigerit nos nocumentum [i. aliquid aduersi nobis acciderit:] profectò ad eum deprecantes clamabitis.

54. Deinde ubi releuauerit nocumentum a nobis: ecce pars ex nobis in Domino suo socium ponit.

55. Vt infideliter se gerant pro eo quod dedimus illis. Fruimini sanè in cultu deorum uestrorum: atqui mox scietis quid nobis euenier

56. Et constituunt ei quod nesciunt [i. idolis] partem ex eo quod in alimentum dedimus illis. Et Deum sanè rationem redderis de eo quod comminiscimini.

57. Et tribuunt Deo filias. Laus eius. Et sibi ipsis eligunt id quod desiderant [i. filios]

58. Et ubi annuntiatum nunciatum alicui eorum de femina: euadit facies eius nigra: et ipse tristitia plenus

59. Occultat se a populo ob malum illius quod ipsi nunciatum est: et hæret dubius an retineat illud cum ulliperdio, neque occidat: an uerò tegeliat illud in puluere. Nonne malum est id quod iudicant?

60. His qui non credunt in alteram uitam, competit similitudo mali: et Deo similitudo altissima: et ipse est Potens, Sapiens.

61. Quod si puniret Deus homines propter iniquitatem eorum: non relinqueret super eam [i. terram]

ullam

ullam lectionem. Verum differt eos usque ad terminum nominatum [i. prefixum]. Cum autem venerit terminus eorum, non procrastinabunt unam horam, neque anticipabunt.

62. Et tribuunt Deo id quod ipsi refugiunt [i. filiis.]: et proferunt linguæ eorum mendacium: quod scilicet ipsis erit optimum [i. Paradisus.] Non est dubium quin ipsis dandus sit ignis, et quin ipsi relinquendi sint in eo.

63. Leo Deum, iam quidem misimus legatos ad gentes ante te: et adornavit illis tentationes operum eorum: [i. fecit ut apparerent bona cum essent mala]: et ipse erat patronus eorum hodie [i. in hoc mundo]: et ipsis erit in futuro seculo pena dilacerians.

64. Et non demisimus tibi te Librum, nisi ut declares illis id in quo sunt discordes circa religionem: et ad directionem, et misericordiam hominibus qui credunt.

65. Et Deus demisit de cælo aquam, et vivificavit ea terram post mortem eius. Certè in hoc est sanè signum resurrectionis hominibus, qui audiunt. Et quo

66. Et quidem est vobis in pecoribus profectò exemplum ad eruditionem. Potamus vos de eo quod est in uteris eius [i. eorum] inter sedimentum excrementorum, et sanguinem: videlicet, lac de-

secatum, facile ad deglubiendum bibentibus.

61. Et ex fructibus palmarum et uuarum percipitis ex eo [i. ex illis] ebrietatem [i. uinum quo inebriamini], et alimentum bonum. Certè in hoc est signum potentie diuine hominibus, qui intelligunt

68. Et dixit Spiritus inspirationem Domini tui ad APCM: Fac tibi ex montibus domos, et ex arboribus, et ex eo, quo homines tibi construent domos

69. Deinde comede ex omnibus fructibus, et ambula Spiritus semitas Domini tui faciles tibi: egredietur ex ventribus earum potus diuersus coloribus: in eo est sanitas hominibus. Certè in hoc est sanè signum hominibus, qui recogitant.

70. Et Deus creauit nos: deinde defunget faciet nos: et ex nobis aliquis reducetur ad deterius status, itaut nesciat post scientiam quidquam [i. obliuiscatur omnino illius quæ sciebat]: quippe Deus est sciens, potens

71. Et Deus excellentes fecit alios nostrum Spiritus alios in operibus: neque qui excellentiores facti sunt, sunt a impatientes opes suas ij, quos possederant dexteræ eorum [i. captiuis suis]: itaut si sint in illis [operibus] æquales. Ano ergo beneficentiam Dei inficiantur.

72. Et Deus posuit nobis ex b animabus nostris coniuges [nam mulieres nascuntur ex uiris, et Heua formata est ex Adam]: et posuit nobis ex coniugibus nostris filios

a tradentes

b. nobis ipsis

filios, et nepotes; et ~~nutrimentum~~ alimoniam dederuno- [I 397
bis ex rebus bonis. An ergo in uanitatem [i. idola]
credunt: et in beneficio Dei ipsi sunt ingrati?
13. Et colunt preter Deum quod non ~~est~~ possidet, ut
det illis alimoniam, e celis et terra, cui nullam: et
non possunt aliquid efficere
14. Ne ergo ~~a~~ donatis Deo similitudines: quippe a. pronatis de Deo
Deus sit, et uos nescitis
15. Proposuit Deus in parabolam, seruum possessum, qui non possit ullam rem: et hominem libe-
rum cui ~~pre~~buimus in sustentationem ex nobis pro-
uentum bonum; ipse uero dilargitus ex eo clam et
palam. An uno isti equales erunt? Laus Deo. Sed ple-
rique eorum nesciunt
16. Et progessuit Deus in parabolam, duos uiros: unus
eorum mutum a-natiuitate: non b potest precare rem b est potest
ullam: et ipse grauis est super herum suum: quocunque ad
miserit illum, non ueniet cum bono [i. nihil boni efficiet]
An adequabitur hic, et ille qui precipit iustum, et ip-
se est in uia recta?
17. Et Deo est arcanum celorum et terre: et non erit
negocium horæ [i. dies iudicii] nisi sicut ictus oculi,
uel ipsum citius celerius: quippe Deus ad omnem rem est
potens.
18. Et Deus eduxit uos de uteris matrum uestrarum:
nescientes quidquam: et dedit uobis auditum, et uisum,
et corda, ut uos gratias ageretis.

79. Non ne respiciunt in aues agitatas uolando in intercapedine Celi? Non retinebit eas ne uolent, nisi Deus. Certè in hoc sunt sanè signa hominibus, qui credunt.

80. Et Deus effecit uobis ex domibus uestris habitationem: et fecit uobis ex pellibus pecudum domos [i. tentoria], quas leuigatis eas die itineris uestri, et die stationis uestre [i. ad standum, et ambulandum]. Et ex uelleribus earum, et pilis earum, et crinibus earum ad utensilia, et supellectilem usque ad tempus.

81. Et Deus posuit uobis ex eo quod creauit umbracula: et posuit uobis ex montibus latibula: et dedit uobis tunicas, que tuentur uos a calore [i. a frigore]: et tunicas, que tuentur uos in prelijs uestris. Ita complet beneficentiam suam erga uos, ut uos dedatis uos ipsos illi.

a. ut uos morle-mi fiatis.

b. super te incubit

82. Quod si tergiuersati fuerint: profecto de te tantummodo annunciatio manifesta.

83. Agnoscunt beneficientiam Dei, deinde abnegant illam: et plerique eorum sunt Infideles

84. Et die quadam suscitabimus ex omni gente testem [i. die Judicij, qua contra quemlibet gentem consurget propheta, qui prædicauerat ei]: Tum non annuetur ijs, qui fuerint infideles; neq; in gratiam recipientur

c. * neque ipsis complacebitur.

85 Et ubi uiderint ij qui iniquè egerint, tormentum ignis: neque allenuabitur ab ipsis; neq; ipsi expectabuntur [i. statim conjicientur in illud]

86.

86. Et cum viderint ij qui associauerunt, associatos suos [i. idololatre eos dicos, seu demonas], dicent: Domine noster, isti sunt associati nostri, quos invocabamus pretea &c. At illi iacient ad eos dictum [i. respondebunt eis]: Certè vos estis prorsus mendaces.

87. Et conijcient ad Deum die illa concordiam [i. postulabunt ab eo pacem]: et errabit ab eis id quod commenti fuerant [i. abscondent se ab eis dij eorum]

88. Qui infideles fuerint, et excluserint alios a semita Dei: augebimus illis penam supra penam, eo quod corrugerint alios.

89. Et die quadam suscitabimus in omni gente testem contra eos ex animabus eorum [i. Propheta seu Legatum e genere ipsorum]: et adducemus te testem contra hos [i. Arabes]. Et demisimus tibi librum ad declarationem omnis rei, et directionem, et misericordiam, et faustum nuncium Moslemij.

90. Certè Deus precipit iustitiam, et beneficentiam, et donationem partis facultatum habentibus propinquitatem: et prohibet a flagitio, et iniustitia, et inconstantia: hortatur vos, ut vos commonefiatis.

91. Et complete pactum Dei cum pactum inijstis: et nec infringatis iuramenta post confirmationem eorum. Et iam constituistis Deum super vos fideiussorem. Certè Deus scit id quod fa-

citis.

℔. Et ne sitis sicut illic qui dispoluit retrum suum
a cum multiplici retortione [i. postqua multiplicitertis vel sit filum firmiterque redegit in glomum]
post firmitatem[a] multoties dispoluendum, dum assumitis iuramenta nestra fraudolenter inter uos, eo quod
sit gens ipsa numerosior quàm gens, [i. und pars numerosior, sit uel potentior altera]. Certè tentabit
uos Deus in hoc: et profectò euidens facier uobis
die resurrectionis id, in quo discordes eritis
℔. Quod si uoluisset Deus, certè fecisset uos gentem unam [i. unius religionis]. Sed errare facit
quem uult, et dirigit quem uult. Et profectò rationem reddetis de eo quod feceritis operati.
℔. Et ne assumatis iuramenta uestra fraudolenter inter uos, ne labatur pes post stabilitatem suam:
et gustetis malum, eo quod auerteritis a[b] uobis semita Dei: et ueniat uobis pena magna.
b. uendatis parum Dei pretio parui
℔. Et ne negocietimini cum pacto Dei pretium
paruum [i. ne uioletis illud ob exiguum lucrum].
Itique apud Deum erit melius uobis: si scieritis.
℔. Quod est apud uos, deficiet: et quod est apud Deum, erit permanens. Et profectò recompendemus iis, qui constantes fuerint, mercedem suam,
pro optimo illius ~~meliorem quàm~~ quod fecerint operati.
℔. Qui fecerit secundum, sit masculus, siue femina, et ipse fuerit credens, omnino uiuificabimus
eum uita bona: et certè recompendemus eis mercedem
eorum, pro optimo illius, quod fecerint operati

℔ 8.

99. Cum uerò legeᵃ Alcoranum, recurre ad auxilium Dei, ut custodiat te a Satana lapidato.

100. Vtique potestas eius est super eos, qui accipiunt ipsum in a Deum: et qui sunt in eo [i. Deo] associanies.

a. patronū?

101. Cum autem commutauerimus signum loco signi [i. uersum Alcorani in alium uersum]: (Deus autem est scientissimus de eo, quod demittit [i. quid reuelet in Alcorano]) dicent isti infideles: Quocirò tu es confictor huiusmodi uersuum. Atqui plerique eorum nesciunt.

102. Dic: Demisit illum [i. Alcoranum] spiritus sanctitatis [i. Gabriel] a Domino tuo, ut confirmet eos qui crediderunt, et ad directionem, et faustum nuncium Moslemis.

+ cum ueritate,

103. Et quidem iam nouimus quòd ipsi dicunt: Quocirò docet eum [i. Mahumetum] homo. Lingua ad quam inclinant [i. qua loquuntur homines illi, quos dicunt Mahumetum docere] est barbara: hec autem, qua scripta est Alcoranus, est lingua Arabica, clara [i. elegans]

104. Quocirò qui non credunt in signa Dei, non diriget eos Deus: et ipsis erit pena dolorifica.

105. Quocirò confingunt mendacium, qui non credunt in signa Dei: et hi sunt mentientes

106. Qui abnegauerit Deum post fidem suam

[i. postquam credidit in eum] gregem eum qui inuitus coactus fuerit ad abnegandum eum uerbis; sed cor eius fuerit firmiter permanens in fide: grauis huius fiat communicatio. Verumtamen qui manifestauerit in infidelitate pectus [i. qui ostenderit se fidei libenti animo abnegasse] super hos erit ira a Deo; et hic erit poena magna.

107. Hoc, quia ipsi dilexerunt uitam mundanam plus quam alteram uitam: et quia Deus non diuiget homines infideles.

108. Hi sunt, quibus ~~quorum~~ sigillum impressit Deus super corda eorum, et auditum eorum, et aspectus eorum: et hi sunt negligentes.

109. Non est dubium quin ipsi in altera uita sint perituri.

110. Tum certè Dominus eius illis qui transmigrauerunt e Mecca in Medinam, postquam diuexati fuerunt [i. coacti supplicij] ad abnegandam fidem ore tenus: deinde decertauerunt, et constantes fuerunt in fide: profecto Dominus eius post eam abnegationem erit illis sanè indulgens, misericors.

111. Pie quidam uenient omnis animae, et causa actura pro se ipsa: et satisfiet omni animae pro eo quod fecerit operata: et ipsi non uiolabuntur iniuste.

a disceptatura

112. Et proposuit Deus in parabola, urbem

que

que erat securus, tutò quiescens: veniebat ad eam annona eius abundanter ex omni loco: sed ingratus fuit beneficijs Dei: progressus gustatu fecit eam sequi instrumentum famis [i. extremam famem seu grandinorum: sic enim euenit Mecce], et timorij ammonium Mahumeri, propter id, quod fecerant.

113. Et quidem illum uenit ad eos Legatus ex ipsis [i. Mahumetus ad Meccanos]: et mendacij insimulauerunt eum: progressa inuasit eos pœna; et ipsi erant iniuste agentes.

114. Comedite igitur ex eo quod prouidit uobis Deus, licitum, bonum: et gratiarum errote beneficentiæ Dei, si illum colitis. Importuna prolixa transitio.

115. Verùm prohibuit uobis morticinum, et sanguinem, et carnem porci, et illud quod immolatum est alij, quàm Deo. Qui uerò necessitate coactus fuerit ad hæc comedenda; non appetens, neque transgrediens [i. non ex libidine comedendi, neque animo legem transgrediendi], profectò Deus erit illi indultor, misericors.

116. Neque dicatis ea in quæ proferunt linguæ uestræ mendacium: Hoc est licitum: et hoc est illicitum; ut confingatis de Deo mendacium, dum Deus nihil huiusmodi dixit. Nam qui commiserint de Deo mendacium, non prosperabuntur. P. 3.

117. Fruitio parua erit illis in hac uita: et ipsis in futuro sæculo erit pœna dissimilis. [1 399]

118. Et super eos qui sunt Iudei, prohibuimus illis quæ nauauimus tibi antea: neque iniuriam fecimus illis in hoc: sed in animas suas ipsi iniqui fuerunt.

119. Deinde certè Dominus tuus illis qui operati fuerint malum idolatriæ & ignorantiam: tum reliquerint post hoc, et recte egerint se correxerint: certè Dominus tuus posted erit illis omnino indultor, misericors.

120. Porrò Abraham fuit Antistes, obediens Deo, Orthodoxus: et non fuit ex Associantibus.

121. Gratus beneficijs eius. Elegit eum, et direxit eum in uiam rectam.

122. Et dedimus ei in hoc mundo bonum: et quidem ipse in altera uita sanè erit ex Probis.

123. Deinde & inspirationem diximus tibi: Sequere religionem Abrahæ Orthodoxi: et non fuit ex Associantibus.

124. Vtique constitutum fuit Sabbatum his qui discordes fuerant in eo: et certè Dominus tuus sanè iudicabit inter eos die resurrectionis circa id, in quo fuerunt discordes.

125. Vocа ad uiam Domini tui & sapientiam, et parenesim pulchram: et disputa cum eis per uerbis quæ sint [a] pulcherrima: nam Dominus tuus est scientissimus de eo qui errauerit a uia eius: et ipse est scientissimus de directis

126.

a. optima [i.mo- destissima]

126. Quod si penas sumpseris ab aliquibus, sumites penas secundum quod sumpte sunt pene de nobis [i. reddite par pari]. Quod si patienter sustinueritis, omissa uindicta: certè hoc erit melius patientes sustinentibus.

127. Et patienter sustinete: et non erit patientia uestra nisi cum Deo [i. cum auxilio eius.] Et ne contristeris propter eos [i. infideles:] et ne sis in angustia propter id quod dolosè moliuntur.

128. Quippe Deus erit cum illis, qui ipsum timuerint, et qui fuerint benefacientes.

Note

Inscriptionem fecit huic Sure, Azhar: eo quod de illa duo uersiculi, nimirum 68, et 69 conscribantur. Numerum autem premium lectori, quod لا يحاسبه الله بما انعم عليه فى دار الدنيا وان مات فى يوم تلاها او ليلة كان له من الاجر * كالذى مات واحسن الوصية * Deus non computabit ei id quod beneficè contulit ei in præsenti seculo (uel non exiget ab eo rationem de illo). Si uerò mortuus fuerit eadem die, uel nocte, qua legerit hanc Suram: habebit eandem mercedem, quam habet is qui moriens, optimum condit testamentum: uel qui facit legata ad beneficium multorum. Mecanam faciunt omnes: sed Gelal excipit tres ultimos uersus. De numero uersiculorum non inuenio esse apud Authores discrepantiam

1. Laus eius, et exaltetur] Alias dixi, has formulas Laus سبحانه وتعالى Laus eius, et exaltetur, seu, et exaltatus est, habere uim detestationis: ac si dicas: Absit, absit a Deo, ut habeat deos socios. Sic سبحانه وتعالى sicut etiam تبارك cum sint preterita, habent uim imperandi. Sic dicitur, Diabolus, maledixit cum Deus: idest maledicat eum Deus. Eodem modum loquendi utuntur Hebrei: et hoc faciunt ob reuerentiam Dei, ne uideantur quodammodo Deo aliquid imperare

* benedictus fuit,

2. Descendere facit Angelos cum spiritu]. Explicat Gelal بالوحي: descendere facit Gabrielem cum reuelatione. Eodem modo Isaias, et Zamelascenus; qui addunt, reuelationem uocari spiritum, quia est ueluti spiritus, et uita animarum. Alii tamen per spiritum, intelligunt ipsum Gabrielem.

6. Et uobis in illis est decor]. Decoris nomine intelligit Gelal زينة; ornamentum. Videtur enim esse in hoc quodam ueluti ornamentum, ac decus dominorum.

22. Non intelligunt, quando suscitabuntur] Verbum Arabicum يبعثون significat suscitare, mittere, creare uel producere. Quamobrem quidam explicant: quando ab artificibus formantur. Gelal ~~intelligent~~ exponit: Non intelligunt, scilicet Agmonds, quando suscitandi sint homines in die Judicij. Jahias autem et Ebrada: Nesciunt ipsi Agmonds, qui coluntur in simulacris, quando congregandi sint una cum hominibus in die Judicij.

a.

16. *Iam dolose egerunt &c.* Quia Gelal hic sermone
ejus de Nemrod, qui Babelicam turrem ædificauit: ita
enim habet: وهو نمرود بنا صرحا طويلا ليصعد منه الى السماء ليقاتل
اهلها فاتى الله قصد بنيانهم من القواعد فارسل عليه الريح و الزلزلة
فهدمتها; *Et hic fuit Nemrod, qui ædificauit altissi-*
mam turrim, ut ascenderet ea in cælum, et bellum
gereret cum habitatoribus eius. Deus autem ueniens di-
uuit ædificium eorum a fundamentis, immisitque con-
tra illum uentum, et terremotum excitauit, tur-
remque destruxit.

18. ~~Conspirarent~~ Conjicient *concordiam*] Verba Arabica القوا السلم
uariè exponuntur a Moslemis, qui tamen omnes cō-
ueniunt, innui ea humiliationem, supplicemque su- ℓ. 4
iectionem hominum scelestorum in morte, cum ui- ℓ. 400
derint Angelos uenientes ad extrahendas animas ip-
sorum.

47. *Vel ne puniret eos paulatim imminuendo.* Ista
communiter explicant interpretes uerba Arabica
على التخوف, quæ tamen proprie significant, cum terrore
uel, eos timore concutiendo: quam expositionem
etiam Zamchascerius admittit.

51. *Et tribuunt Deo filias*] Putabant enim
Arabes Ethnici, ut asserit Gelal, Angelos esse fi-
lias Dei.

70. *Itaut nesciat post scientiam quidquam*] i.
nihil recordetur eorum, quæ ante sciebat, quod ~~[illegible]~~ pluri-
mis solet euenire. Mirabile est, seu uerius

ridiculum, quod, teste Jelal, قال عكرمة من قرء القران لم يصبر
بهذه الحالة dixit Acrama: Qui legerit Alcoranum, non deuenit ad hunc statum. At experientia docet oppositum.

15. Quapropter Deus in parabolam &c.] Cognouit Jelal parabolam horum duorum hominum, seruis scilicet et liberis his uerbis الاول مثل الاصنام والثاني مثل تعالى
Prior significat idola: posterior autem Deum uerum.

16. In parabolam duos uiros]. Hunc murum a natiuitate, accipiunt expositores pro homine infideli: quemadmodum eum, qui loquitur iusto, et est in uia recta, pro fideli. Sed ineptissima est hæc parabola, in qua prima secunda plane superflua est explicatione, secunda nihil habet parabolici (nisi quis exaggerationem dicere uelit) ad illustrandum mercatorem.

81. Qui tuentur nos a calore]. Explicat Jelal: اي من البرد: i. a frigore. Nimis stolidum facit Epheram hunc, qui caloris nomine frigus intelligat. Quapropter quibusdam placuerat legere, tuentur eti-amsi a calore defendere.

98. Sicut illa quæ dissoluit retinaculum suum]. Alludit ad fœminam quamdam Meccanam fatuam, quæ totam diem nebat: deinde id quod texerat dissoluebat. Ostenditque hoc non esse uitiosa inuentiua. Omnia ineptè.

98. Cum uero legeret Alcoranum &c.]. Iste admoneri se fingit Mahumetus, quia accidit quadam die, ut illum legeret, uel recitaret Alcoranum, insigne

prorsu-

proruperit blasphemiam magno cum scandalo eorum, qui audiebant: id quod astu Diaboli linguam eius momentis euenisse confingunt. Verum de hoc inferius dicemus suo loco.

203. Prophetes docet eum homo] De hoc homine, qui Mahumetum docebat, diuersimode sentiunt Moslemi. Telat: وهو قين نصراني كان النبي يدخل عليه. Erat hic Cain Christianus, cuius domum Mahumetus frequentabat. Suspicor pro قين Cain, sentendum قيس Cais: de quo apud Moslemos tanquam de unius Monachi Christiani, et Mahumeto familiari fit mentio. Jahias يعنون عبد الابن الخضرمي وكان روميا صاحب كتب: وتفسير قتادة عبدا لابن + cor. اسمه جبر وقال بعضهم هو عداس غلام عتبة بن ربيعة، Per hunc hominem innuebant seruum Cono-Chadermij, qui erat Romanus, artifex Librorum. In Expositione Cotadæ appellatur Haber. Quidam uero dicunt, hunc fuisse Addæ puerum Ottabæ filij Rabiæ. Zemchaserius: اراد وا بالبشر غلاما كان لحويطب بن عبد العزى قد اسلم وحسن اسلامه اسمه عايش او يعيش وكان صاحب كتب وقيل هو جبر غلام رومي كان لعامر بن الخضرمي وقيل عبدان جبر ويسار كانا يصقلان السيوف بمكة ويقرأن التورة والانجيل فكان رسول الله اذا مر وقف عليهما فسمع ما يقرأن فقالوا يعلمانه فقيل لاحدهما فقال بل هو يعلمني وقيل هو سلمان الفارسي. Significabant per illum hominem, adolescentem quem tum quem habebat apud se Hauireb filius Addaboe, qui Mahumetismum amplexus fuerat, legue optime in eo erebat, et uocabatur Aisc, uel Jaisc: eratque bibliopola. Alij dicunt eum fuisse Haber iunemem Romanum, quem habebat apud se Amer fi-

sius Alcadermij. Alij dicunt fuisse duos seruos, quorum nomina erant Faber, et Faser, qui fabricabant enses in Mecca, et legebant Lentateuchum, et Euangelium. Mahumetus autem dum transiret, consistebat apud utrumque, et audiebat id quod legebant. Deo Homines uulgo dicebant, hos duos docere Mahumetum. Quod cum uni eorum relatum fuisset, respondit: Quin potius ipse docet me. Alij dicunt hunc fuisse Salman Persam

124. Vtique constitutum fuit Sabbatum §7. Jelal ita factum exponit اختلفوا فيه على نبيهم وهم اليهود امروا ان يتفرغوا للعبادة يوم الجمعة فقالوا لا نريد واختاروا السبت فشدد عليهم فيه

Discordes fuerunt circa illud contra Prophetam suum primitus Judei: quibus cum præceptum fuisset, ut uacarent cultui diuino die Veneris; dixerunt: Nolumus illum. Et elegerunt Sabbatum. Quâ ob rem obstricti sunt ad illud obseruandum

126. Quod si pœnas §7. Jelal نزل لما قتل حمزة ومثل به فقال ص وقد راٰه لأمثلن منهم بسبعين مكانك.

hoc reuelatum fuit, quando occisus est Amza: statutumque fuit de eo supplicium publicum contra illius interfectores. Dixitque Mahumetus, qui iam ~~se~~ uiderat eum occisum: Certè ego statuam de his qui occiderunt ~~eum~~ te, supplicium publicum festiuagies atrocius, quàm fecit supplicium quam

Reſuta-

Refutationes. C. 5. L. 1401.

1. Dum uersu 43 fingitur Deus affirmare, se ante Mahumetum non misisse nisi homines, non autem Angelos, ut explicat Jelal, ut pro Legatione fungerentur: et allegantur huius rei testes Pentateuchi, et Euangelij professores: conuincitur Deus falsi manifesti mendacij: Neque enim semel legimus tam in Pentateucho, quàm in Euangelio, Angelos a Deo ad homines Legatos fuisse. Vt patet in libro Exodi cap. 23. ubi Deus ipse loquitur Israelitis: Ecce ego mittam Angelum meum: obserua eum, et audi uocem eius. Et in lib. Iudicum cap. 2. Angelus fungitur loco Legati ad eosdem Israelitas, redarguens eos de peccatis eorum.

2. Dum uersu 82. pronunciat Mahumetus, Religionem Dei esse perpetuam: necessariò etiam fatetur, Christianam religionem, saltem in iis, quæ pertinent ad eternas ueritates, et ad ~~sacramentum~~ substantialem, esse ueram et bonam: quemadmodum bona et uera fuit Iudaica hæc religio Iudaica: hæc enim sunt immutabilia in se, neque Deus ipse potest ea uariare. Secus dicendum de illis, quæ ad ceremonias, sacrificia, et leges positiuas referuntur. Et conuerso Mahumetanica secta non potest esse neque bona, neque uera religio, quia in ueritatibus eternis, et in iis, quæ de facto euenerunt, discedit ab ea religione, quæ ab orbe condito, usque ad Mahumet

semper eadem fuit, et nunc etiam apud Christianos peruerno.

3. Approbat hic Mahumetus uerzu 6 uinum, et ebrietatem, tanquam beneficia Dei. Dum igitur alibi uinum damnat tanquam Diaboli inuentum, sibi ipsi turpissimè contradicit. Non enim nisi stultè et impiè, inuentum Diaboli, et res per se mala ac nefarias, uocari potest beneficium Dei. De hoc iam supra fusius disseruimus.

4.° De eo quod pertinet ad abrogationem, et subrogationem uersuum Alcorani, iam supra satis multa dicta sunt. Hic tantummodo adhuc ridiculum esse, abrogari, et subrogari posse aliquid in eo libro, qui fingitur increatus seruari in essentia Dei, uel etiam in throno ipsius. Et quamuis nouum non sit in legibus humanis aliquid pro conditione temporum, uel hominum auferri, uel apponi: hoc tamen in lege illa, que legum omnium perfectissima a Deo data fingitur, absurdum omnino censendum est; presertim ubi ea abrogantur, uel subrogantur, que semper suapte natura uel bona, uel mala sunt, cuiusmodi est in presenti uersu uinum, quod, si inuentum Diaboli est, et aliquid tale nefarium et illicitum, nunquam debuit in Alcorano tanquam Dei donum ac beneficium commendari, et consequenter ut bonum concedi.

5.°

5.° Illud quod liberum obscurius uersu 103, et alibi in Alcorano, innuit ueritatem eius, quod cō-
muni nostrorum Authorum calculo probatur, ni-
mirum a Judeis et Christianis Mahumetum ea
confusim didicisse, ex quibus Alcoranum suum
confaciendum uauit. Certum est plura eius fig-
menta, ex Talmude desumpta esse, ut adora-
tionem Ae exhibitam ab Angelis: examen, seu
tormentum sepulchri: consensum internum Jo-
sephi in stuprum cum domina; et alia huiusmo-
di supra relata, et infra referenda. Verum qui
de Alcorani Authore sentiendum sit, uide
[illegible] in Tractatu de Alcorano sub loco dicta sura

6. Absoluit Alcoranus a peccato graui eum, qui in-
uitus coactus fuerit ad abnegandum Deum, dummodo id
faciat uerbis tantum, corde firmiter in fide permanē-
ti: et eum tantum peccati grauis, et gehennę reum
facit, qui et uerbis et animo uolenti fidem abnegaue-
rit. Jtem n. habet § 106. Qui abnegauerit Deum post
fidem suam, preter eum qui inuitus coactus fue-
rit, et cor eius firmum permanserit in fide. Hic
est apotiopesis: et fetal iuit intelligi pro لهم وعيد شديد
seu graue correlatiuum sententię
his competit comminatio grauissima. Jahias in hoc silet
sed solum scribit hęc uerba dicta fuisse في عمار بن ياسر
واصحابه اخذهم المشركون فوقفهم على الكفر بالله ورسوله فخافوا منهم فعاهدوهم وقفوهم
ذلك بافواههم, propter Omar filium Jasar, et socios

eius, quos comprehenderunt Idolatriæ, et adegerunt eos ad abnegandum Deum, et Legatum eius: ipsi vero ob timorem ~~[illegible]~~ consenserunt illis in hoc verbis tantum. Iamblichus putat prointelligenda verba præcedentis versiculi انما يفترى الكذب Profecto confingit Mendacium, seu, blasphemè mentitur, qui abnegaverit Deum post fidem suam: et subdit: ~~[illegible]~~ واستثنى منهم المكره فلم يدخل تحت حكم الافتراء ثم قال ولكن من شرح الكفر صدرًا اى طاب به نفسًا واعتقده فعليهم غضب من الله ... وروى ان ناسًا من اهل مكة فتنوا فارتدوا عن الاسلام بعد دخولهم فيه وكان فيهم من اكره فاجرى كلمة الكفر على لسانه وهو معقد للايمان منهم عمار وابواه ياسر وسمية وصهيب وبلال وخباب وسالم عذبوا ... فقيل يا رسول الله ان عمارًا كفر فقال كلا ان عمارًا ملئ ايمانًا من قرنه الى قدمه. فاختلط الايمان بلحمه ودمه فاتى عمار رسول الله ﷺ وهو يبكى فجعل رسول الله يمسح عليه وقال ما لك ان عادوا لك فعد لهم بما قلت فم

P. C.

L 402.

= Excepit autem ab illis (i. confingentibus mendacium, su-
= per quos erit ira Dei) illum, qui invitus coactus fuerit,
= ita ut non subeat sententiam, seu iudicium debitum con-
= fingentibus mendacium. Deinde subdit: Sed qui aperu-
= erit infidelitatem pectore: idest cui intenius placue-
= rit infidelitas, et professus fuerit illam, tali huiusmo-
= di erit ira Dei. Fertur autem quosdam Lominos Mec-
= canos tentatos fuisse ab infidelibus, et resiliisse a fi-
= de iam suscepta. Erant autem inter eos quidam, qui
= inviti coacti fuerant ad hoc, et corde fidem firmiter
= retinentes, eam tantummodo verbis abnegaverant. In-
= ter hos fuerunt Omar, et parentes eius Iaser, et Sum-
= mia, et Saheb, et Malal, et Chobab, et Salem, qui prop-

tea

ter religionem discuciati fuerant. Dictum autem fuit = Mahumeto: O legate Dei, Omar abnegauit fidem. Ille = uero respondit: Nihil tale: nam Omar est plenus = fide a uertice capitis usque ad plantam pedis; ita = ut caro eius, et sanguis eius cum fide commixta = sint. Venit autem Omar flens ad Mahumetum. = at ille manu cepit leniter attrectare eum, dicens: = Quid ad te, si hostiliter egerunt tecum? (uel si trans- = gredi fecerunt te). Et iustificauit eos in eo quod = dixi (i. immunes declarauit eos a peccato in eo quod fidem exterius tantummodo abnegauerant). Ex his manifestè habetur, licere Christianum, et Mahumetanos, sine culpa saltem graui, et quemuis Deum maledicere, Deumque ipsum, eiusque fidem, uerbis abnegare (tametsi re ipsa non, dummodo id non fiat ex corde, si quis ad hoc minis, uel supplicijs intentatis adigatur). Hoc autem quàm impium ac detestabile sit, nemo non uidet. Vide Prodr. p. 4. c. 26. pg. 464.

7.° Quod attinet ad dissensionem Iudeorum circa receptionem Sabbathi, uel diei Veneris, est mera fabula, uel potius mendacium. Later enim ex sacris Literis, diem Sabbathi fuisse communem ad feriandum Deo omnibus Hominibus, ab ipsis mundi incunabulis. Quamobrem Deus in lege non præcepit Sabbathum tanquam aliquid nouum: sed solum illud in memoriam Israelitis reduxit, ut in eius cultu perseuerarent, dicens Exodi Cap. 20: Recorda-

(c) diei sabbati, ad sanctificandum eum.

8. Si Mahumetus in lege, quam sancit uersu 103. de ultione sumenda cum pœna talionis, respicit publicam auctoritatem, cum bono Reipublicæ coniunctam, nullam meretur censuram: Si uero priuatam uindictam concedit, itaut unusquisque propria auctoritate possit de eo a quo lesus fuerit, ulcisci; reijciendus omnino est ac damnandus: cum et Euangelicæ legi, et optimis quarumcunque gentium institutis aduersetur. Si autem uerum sit id quod habent hic Expositores, et qui Mahumeti uitam scripsere, de ultione quam sumere uolebat de cæde Hamæ: nemo non fatebitur nimis crudelem, et iniustum fuisse Mahumetum. Sed cum ipse mecum cogitarem per Legem suam seipsum correxit, uel corrigere simulauit. Porro concedit in Alcorano priuatam uindictæ patet ex alijs eius locis; et nos in Prodromo p.t.c.24. pag. 420. latissimè demonstrauimus.

P. 7

[1/403.

سورة الاسرى مكيّة
ماية وعشراتية

SVRA XVII

ITER NOCTVRNVM.

Meccana: commatum centum ac decem.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis Pii

1 Laus illi, qui [nostra] transtulit seruum suum Mahumetum nocte ab Oratorio Haram [i.e. à templo Meccano] ad Oratorium remotissimum ab eo [i.e. ad templum Hierosolymitanum], cui benediximus in circuitu ejus; ut ostenderemus illi de signis nostris: quippe ipse est Auditor, Inspector.

2. Et dedimus Moysi librum, et posuimus eum directionem filijs Israel, ut [non accipiatis] præter me procuratorem.

3. Generationem eorum, quos portauimus cum Nôe: certè ipse fuit seruus gratus.

4. Et præcauimus filijs Israel in Libro: Certè prauè agetis in terra duabus vicibus: et certè exorbitabitis excessu magno.

5. Cùm autem aduenisset promissio primæ vicis eorum, suscitauimus contra vos seruos, qui erant nobis, præditos robore militari ingenti: et explorauerunt intra domos; et fuit promissio facta completa.

6. Deindè conuertimus vobis periodum victoriæ, supra illos: et amplificauimus vos opibus, et filijs: et posuimus vos plures numero: et diximus:

7. Si benè feceritis, benefacietis animabus vestris: et, si malefeceritis, malefacietis ijsdem. Cùm autem aduenisset promissio vicis alterius, ut affligerent facies vestras, et, ut ingrederentur templum [Oratorium] .....

الجزء الخامس عشر

Pars Decima-quinta

* avertissiez
* dirent-ez

ut illud destruerent, quemadmodum ingressi fuerant illud prima uice: et, ut demolirentur id, quod consce-
dipent [i. turres ac domos] demoliendo.

8. Forte eueniet, ut Dominus uester misereatur uestri: quod si reuersi fueritis ad peccandum; reuer-
temur etiam nos ad uos puniendos. Et constitu-
emus gelennam infidelibus carcerem.

9. Certe hic Alcoranus dirigit ad camuiam, que
est directior: et annunciat fidelibus, qui operan-
tur recta, quod ipsis erit merces grandis.

10. Et quod, qui non credunt in alteram uitam,
preparauimus illis penam diserucianrem.

11. Et precatus homo pro malo precatione sua
pro bono [i. precatus sibi malum pro bono] et
est homo festinus [i. uelles statim exaudiri].

12. Et posuimus noctem, ac diem duo signa
potentie nostre. Tùm delecuimus signum noctis
[i. obscurauimus eam tenebris] et posuimus
signum diei conspicuum, ut exquireretis abu-
dantiam à Domino uestro & laborem operum:
et, ut sciretis numerum annorum, et computum
temporum: et omnem rem distinctimus distin-
guendo.

* 13. Et omni homini appendimus auem ejus
in collo ejus: et proferemus illi die resurrectio-
nis librum: inuenietis illum apertum, et dicetur ei:
14. Lege librum tuum: sufficiet in anima tua
hodie

Sodio contra te computator. [it satis erio tu ipse a]
opera tua computanda].

15. Qui directus fuerit, certè directus erit sibi ip-
si: et qui errauerit, certè errabit contra suipsum?
neque portabit anima portans, pondus alterius.
Neque fuimus punientes ullum populum, donec
mitteremus Legatum, qui premoneret eum.

16. Cumque uoluimus perdere urbem aliquam, pre-
cepimus optimatibus ejus [it] id, quod facere deberet:
sed preuaricati sunt in ea: et iuste conuenit
it contra eam dictum nostrum. Postremò exter-
minauimus eam funditus exterminando.

17. Et quot perdidimus ex generationibus post
Noë? Et satis fuit Dominus tuus in peccata
seruorum suorum cognitor, inspector.

18. Qui uoluerit sanè uitam uelociter: currentem,
accelerabimus ei in ea, quod uoluerimus, cui uolue-
rimus: deindè dabimus ei gehennam, descendet
ustulandus in eam, ignominiosus abjectus.

19. Qui uerò uoluerit alteram uitam, et curau-
erit ad eam. cursu ejus [it bonis operibus], et
ipse fuerit fidelis: horum erit cursus gratus
Deo.

20. Omnes amplificabimus, hos, et illos [it ama-
tores uitæ mundanæ, et uitæ futuræ] ex dono
Domini tui: et non erit donum Domini tui ne-
gatum ulli.

21. Aspice quomodo excellentes fecimus alios eorum supra alios. Et profecto altera uita erit major priore, et major excellentiâ

22. Ne ponas cum Deo deum alium; ne forte sedeas ignominiosus, ope destitutus.

23. Et decernit Dominus tuus ne coleretis præter ipsum; et præcepit erga parentes beneficentiam, siue pertenerit apud te ad grandeuitatem alter eorum, siue uterque eorum. Ne ergo dicas eis, uah: neque increpes eos: et dic illis dictum honorificum.

24. Et demitte illis alam subjectionis ex misericordia: et dic: Domine mi miserere utriusque, sicut utrique nutriuit me paruulum.

25. Dominus uester scientissimus est de eo, quod est in animabus uestris; si fueritis recte agentes, ipse porrò erit redeuntibus ad obedientiam ejus indulgens.

26. Et da habenti propinquitatem debitum suum; et paupertinum et filio semitæ [viatori uel peregrinanti] et ne dissipes facultates tuas dissipando.

27. Nam dissipatores sunt fratres Dæmonum: fuit autem Dæmon Domino suo infidelis.

28. Quod si te longè recedere ab eis ob acquisitionem misericordiæ à Domino tuo, quam speres

speres [i. si nihil dederis ei, eo quod ipse egeas,
et cupias tibi prospicere] dic saltem ei sicrum
a benignum [i. utere cum eis verbis benignis.] a facile
29. Et ne ponas manum tuam alligatam ad
collum tuum: neque extendas eam totam ex-
tensione [i. ne sis nimis tenax, neque nimis
liberalis]: ne sedeas [i. ne sis] mitigerarius,
mendicus.
30. Citè Dominus tuus amplum faciet gaudi-
tum cui voluerit: et arctabit cui voluerit:
quippe ipse est circa servos suos cognitor,
inspector.
31. Et ne interficiatis proles vestras ob timo-
rem paupertatis: nos providebimus eis, et vo-
bis: quippe occisio earum est peccatum grande.
32. Et ne approximetis b fornicationi: quippe b. fornicationi
hec est nefaria, et mala est semitâ.
33. Neque occidatis animam, quam prohibuit
Deus, nisi cum justitiâ: qui autem occisus
fuerit injustè, jam constituimus exactori
ejus [i. heredi] potestatem adversus occiso-
rem illius. Sed ne limites excedat in occisione [i.
ne occidat alium preter occisorem, aut alio modo, quàm
quo is occiderit] quippe ipse c est erit ejectus. c. erit
34. Et ne approximetis facultatibus pupilli [i.
ne attingatis eas] nisi per id, quod sit melius [i.
nisi fortè, ut eas meliores adhibeatis] donec perve-

a firmitate — [a]nisi ad firmandam [a]tatem tuam, et observate pactum;
quippe de pacto erit ratio reddenda.
35. Et complete mensuram, quando mensuraueris:
b. interpretatione — et ponderate cum statera justa. Hoc erit melius,
et pulchrius ad [b]reducendum ad primum statum.
36. Et ne aspicias id, de quo non est tibi licentia: nam auditus, et visus, et cor, hec omnia est de
ijs exigenda ratio.
37. Et ne ambules in terra fastuose: quippe
tu nequaquam scindes terram, et nullo modo peruenies ad montes altitudine.
38. Hoc totum est malitia, apud Dominum stultus detestabile.
39. Hoc est de eo, quod reuelauit tibi Dominus stultus de sapientia: et non gonas cum Deo tuo
c. prima Mss 409 — alium; ne proficiscaris in desertum uituperatus, rejectus.
40. An elegit uos Dominus uester cum filijs masculis; et accepit sibi cc. Angelicas feminas?
Vos porro fanè dicitis in hoc dictum magnum?
41. Et jam quidem peruimus uanitatem in hoc. Hoc erano, ut commonefierent: et non auxit illis, nisi fu-
gam & ueritate.
42. Sic: si esset cum eo dij alij, sicut dicunt: utique
ad gentilem — [c]affectarent ad Dominum thronum uiam, ut fugerent
rent contra illum.
43. Laus ejus, et cacabendum ab eo, quod dicunt absitu-
dine.

dine magna [i. longissimè abest hoc ab eo].

44. Laudant illum Cæli septem, et terra, et quot[a] quæ[a] est in eis: et[b] nulla est res, quæ non celebret laudem[b] si ejus. Verùm non percipitis intellectu laudationem eorum: quippe ipse est mitis, indultor.

45. Cùm autem legis Alcoranum, ponemus inter te, et inter eos, qui non credunt in alteram vitam, velamen occultum.

46. Et ponemus super corda eorum operimenta, ne intelligant illud, et in auribus eorum grandus.

47. Et cùm commemoras Dominum tuum in Alcorano, unum ipsum; ~~et~~ retrovertentur super terga sua fugiendo.

48. Nos scientissimi sumus de eo, quod audiunt cum audiunt te, et cum ipsi sunt confabulantes: cum dicunt iniqui: Non sequimini, nisi hominem amentem.

49. Aspice, quomodò proposuerint de te parabolas ad contumeliam. Sed erraverunt; neque poterunt viam reperire ad veritatem.

50. Et dixerunt: An postquam fuerimus ossa, et pulvis tenuis, an nos certè suscitandi sumus creatione nova?

51. Responde: Estote lapides, aut ferrum, aut creatura alia ex eo, quod sit grandius in pectoribus vestris [i. difficilius ad recipiendas vitas] suscitabimini nihilominùs. Ad dicent: Quis re-

a Dic facies nos in uita? Respnde: Qui creauit uos
prima uice. Atqui mouebunt ergadve admirabundi
ergatve cogita sua, et dicent: Quando hoc erit? Res-
b ponde: Fortè eueniet, ut sit uicinum.
§2. Die quadam uocabit uos Deus è sepulchris: et
respondebitis cum laude ejus: et putabitis, quod
non morati fueritis in mundo, nisi paucum.
§3. Et dic seruis meis, ut dicant id, quod est
pulchrius [i.] ut humanioribus uerbis alloquantur
infideles] (nam Satanas disidia serit inter
eos: quippe Satanas est homini hostis manifestus.
§4. Dominus uester est scientissimus eorum, qui
sunt in uobis: si uoluerit, miserebitur uestri:
uel, si uoluerit, puniet uos. Et non misimus
te super eos procuratorem.
§5. Et Dominus tuus est scientissimus de eo, quod
est in Cœlo, et terra. Et jam quidem excellentes feci-
mus alios Prophetarum super alios: et dedimus Dauidi
librum Psalmorum.
§6. Dic: Inuocate eos, quos existimatis esse deos
præter eum: non tamen poterunt releuare malum
à uobis, neque commutare illud.
§7. Illi, quos inuocant, quærunt ad Dominum suum
appropinquationem, Satagentes, quis eorum possit
illi esse propinquior: et sperant misericordiam ejus,
et timent pœnam ejus: nam pœna Domini tui

est

est formidabilis
58. Et a nullo est urbs, quin nos destruemus ei_ a si
mus eam ante diem resurrectionis: aut punitum
eos gehennæ ignis.
59. Est hoc in Libro scriptum.
60. Et non cessauit nos, ne mitteremus te cum
miraculis, nisi, quia mendacij insimulauerunt
eos Primi: et idem facerent Meccani. et dedimus
Themudeis camelam conspicuam: et iniquè tracta-
uerunt eam: et non mittimus Prophetas cum mi-
raculis, nisi ad terrorem incutiendum.
61. Et cùm diximus tibi: Certè Dominus tuus
circumdat homines scientia, et potentia sua: et
non fecimus uisionem, quam ostendimus tibi
in itinere tuo nocturno in Cælum, nisi ad ten-
tationem hominibus [i, ut circa illam omnes in-
tenti uerbis digladiarentur.] + et Arborem maledic-
tam in Alcorano. Et terrebimus eos ea, sed
non augebit illis, nisi errorem magnum.
62. Et cùm diximus Angelis: Adorate
Adam: adorauerunt eum omnes, præter Diabo-
lum, qui dixit: An adorabo eum, quem creasti
ex luto?
63. Dixit insuper: Quid tibi uidetur? Hic, que
honorasti super me, certè, si dederis spatium mi-
hi usque ad diem resurrectionis, profectò extirpa-
bo progeniem ejus, præter paucos.

64. Dixit illi Deus: Vade, concedetur tibi postulatum.
Sed, qui secutus fuerit te ex illis, profectò ge-
hennæ erit retributio nostræ, retributio copio-
sa.

65. Et levem effice [i. facilem ad malum]
quem poteris ex eis voce tua, et invehere
super illos equitibus tuis, et peditibus tuis: et
impertire eis opes, et filios: et promitte eis:
sed non promittet eis Satanas, nisi fallaciam.

66. Porrò, qui fuerint servi mei, non erit tibi
super eos potestas: et sufficiens erit in Domi-
no tuo procurator [i. Dominus tuus erit suf-
ficiens, procurator eorum].

67. Dominus vester est, qui currere facit no-
bis naves in mari, ut exquiratis de abun-
dantia ejus & mercaturam: quippe ipse
est erga nos misericors.

68. Cum autem attigerit nos infortunium
in mari, abscondent se à nobis illi, quos in-
vocatis, neque ullus nos adjuvabit præter eum.

69 [i. Deum]. Cum autem liberaverit nos reducens
in Continentem, longè recedetis ab eo: nam est ho-
mo ingratus.

70. An ergo securi eritis ne desinere faciat sub
nobis latus terræ, aut mittat contra nos turbines
spargentem glaream: tum non inveniatis nobis pro-
curatorem?

P. 2
Mm/4 10.

10. Ne secundò cùm reducat nos in illud [i. mare] uitæ altèrd, et mittat contrà nos uelementem uentum, et submergat nos, eo quòd fuerimus ingrati: tùm non inueniatis uobis contrà nos in eo defensorem?

11. Et jam quidem honorauimus filios Adam, et portauimus eos in terrâ suâ jumenta, et in mari suis naues; et prouidimus eis ex rebus bonis, et excellentes fecimus eos supra multos ex iis, quæ creauimus, excellentes faciendo.

12. Die quadam uocabimus omnes homines cum Antistite suo: cui porrò datus fuerit liber suus in dextera sua, illi legent librum suum, et non tractabuntur injustè hilum.

13. Et, qui fuerit in hac uita cæcus, ignoretur in altera erit cæcus, et [b] errantissimus uia.

14. Et quidem parum abfuerunt infideles, quin deducerent te ab eo, quod reuelauimus tibi, ut confingeres sua nos diuersum ab eo: et profectò, si fecisses hoc, sanè accessissent te in amicum fidum.

15. Et, nisi confirmauissemus te: certè jam propè eras, ut inclinares ad eos aliquantulum.

16. Profectò, si hoc (non) fecisses, sanè gustaremus te duplicem infirmitatem uitæ, et infirmitatem mortis: tùm non inuenisses tibi contrà nos adjutorem.

17. Et, quidem propè fuerunt Judæi, ut effrediarent te è terrâ Medinæ, ut ejicerent te ab eâ: sed profec-

a Libro

b. errantior ipso via

cto, si te ejecerint, non commorati fuerint in eo porte, nisi parum.

)8. Iusta legem eorum, quos iam misimus ante te de Legatis nostris: et non inuenies legi nostre mutationem.

)9. Insiste orationi à declinatione solis, usque ad tenebricositatem noctis: et Lectioni Alcorani in aurora: quippe Lectio Alcorani in aurora testificata [i. haber Angelos testes].

80. Et ne furtè noctis euigilo in eo [i. in Alcorano legendo] + suppeuerogatorium tibi: forte eueniet, ut suscitet te Dominus tuus in die resurrectionis, et constituat te in loco laudato.

81. Et dic: Domine mi, introduc me ingressu ueritatis, et educ me exitu ueritatis: et pone mihi à conspectu tuo potestatem adjutricem.

8C. Et dic: Venit ueritas, et abijt inanitas: certè inanitas erat futilis.

83. Et demittemus de Alcorano id, quod sit in medela, et misericordiam fidelibus: et non adder iniquis, nisi perditionem.

84. Cùm uerò beneficij fuerimus erga hominem, procul recedet, et elongabit se latere suo [i. ingratus erit]. Cùm autem tetigerit eum malum: erit desperans.

85. Sic: Vnusquisque operatur iuxta uiam suam: Sed Dominus uester scientissimus est, quis sit directior semita.

86. Et interrogabunt te Iudæi de spiritu [i. de anima].

Respon-

Respondes: Iniquius est ex negocio Domini mei [i. ex iis rebus, quarum scientia spectat ad Deum] negotium est vobis de scientia, nisi parùm.

87. Et certè, si vellemus, profectò aboleremus illud, quod revelavimus tibi [i. Alcoranum] tùm non invenires tibi in eo apud nos procuratorem.

88. Nisi misericordiam à Domino tuo: quippe liberalitas ejus fuit erga te magna.

89. Dic: Certè, si congregarentur homines, et Dæmones ad hoc, ut facerent librum, sicut hunc Alcoranum, non efficerent, sicut illum, etiamsi essent alij eorum, alijs adjutores.

90. Et jam quidem varietatem posuimus hominibus in hoc Alcorano ex omni similitudine: sed renuunt plerique hominum recipere illum, nonnisi negotiari perfidiam.

91. Et dixerunt: Nunquam credemus tibi, donec eumpere facias nobis è terra fontem.

92. Vel sit tibi hortus ex palmis, et uitibus, et eumpere facias flumina è medio ejus eumpendo.

93. Aut cadere facias cælum, quemadmodum proponis, super nos in frusta; aut adducas Deum, et Angelos coram.

94. Vel sit tibi domus ex auro: aut ascendas in cælum: neque tamen credemus ascensui tuo, donec descendere facias super nos librum, quem legamus.

Respondes: Laus Domino meo: numquid sum ego nisi

L. 3. Mensis.

homo legatus?

J4. Et non retinuit homines ne crederent, cùm venisset ad eos directio, nisi, quod dixerunt: An misit Deus hominem, et non Angelum, Legatum.

J5. Respondet: si in terra Angeli conversarentur sed uersantes, certè misissemus ad eos è Cœlo Angelum legatum.

J6. Dic: sufficiens est Deus testis inter me, et inter uos: quippe ipse est circa seruos suos cognitor, inspector.

J7. Et quem direxerit Deus, ipse erit directus: quos uerò errare fecerit, nunquam inuenies illis adjutores præter eum. Et congregabimus eos die resurrectionis, incedentes suis facies suas, cæcos, et mutos, et surdos: receptaculum eorum erit gehenna: quotiescunque extincta fuerit flamma ejus, augebimus eis incendium.

J8. Hæc erit retributio eorum, eo quod ipsi incredduli fuerint in signa nostra, et dixerint: An postquam fuerimus ossa, et fragmina, nunquid nos certè suscitandi sumus creatione nouâ.

J9. An non nouerunt, quòd Deus, qui creauit Cœlos, et terram, est potens ad hoc ut creet alios homines, sicut illos: et constituit illis metam [i. mortem, uel Diem Judicij], non est dubium de eo: Sed renuerunt iniqui hoc ex dei odio tantùm propter pertidiam.

10. Dic: Si uos possideretis thesaurus misericordiæ

cordis Domini mei: cerè abstinuerit ab illis tangen-
dis ob timorem expendendi: nam est homo auarus.
102. Et iam videmus dedimus Moysi potestatem, Inepta transitio *
patrandi signum miracula euidentia. Interroga
tunè filios Israel: Cum uenisset ad eos, dixit illi
Pharao: Certè ego existimo te o Moyses, prestigij
illusum.
103. Respondit Moyses: Iam quidem nostis
quòd non fecerit hec miracula nisi Dominus ce-
lorum et terre, euidentes demonstrationes: et cer-
tè ego existimo te, o Pharao, perditum.
104. Voluit ergo Pharao ejicere eos e terra:
Sed submersimus eum, et qui erant cum eo uni-
uersos.
105. Et diximus post eum mortuum, filijs
Israel: Incolite terram. Cum autem uenerit
promissio altera uicis, adducemus uos conuo-
lutim ad iudicium nostrum
106. Et cum uelitate demisimus eum [i. Inepta transitio
Alcoranum]: et cum uelitate descendit: et
non misimus te nisi felicitatis annunciatores,
et comminatorem penarum.
107. Et Alcoranum distinximus [i. ostendi-
tes reuelauimus], ut legeres eum hominibus per
pausa, et demisimus eum demittendo [i. ostendi]
108. Dic: Credite in eum, uel non credatis: Certè
illi, quibus data fuit scientia ante eum [i. ante

Alcoranum, nempe Judæi, et Christiani] cum eccita-
tu illij, procidunt cum mentu [i. facie bus proijs]
adorantes: et dicunt: Laus Domino nostro, quia
promissio Domini nostri profectò est adimpleta.
107. Et procidunt in mentu, et flent: et auget
illij Lectio Alcorani humilem subiectionem Deo
108. Dic: Invocate Deum, uel invocate Miseri-
catorem: quocunque horum dicorum nominum
invocaueritis, profectò illi sunt nomina pulcher-
rima. Et ne manifestes orationem tuam [i. ne le-
gas Alcoranum uoce nimis elata, ne audientes
infideles irrideant te]: neque uoce nimis demis-
sa proferas eam, it aut sodales tui non possint
eam percipere: sed sequere inter hoc semitam:
[i. uiam mediam tene inter hæc duo]
110. Et dic: Laus Deo, qui non suscepit pro-
lem: neque fuit illi particeps in regno: neque
fuit illi adiutor ob imbecillitatem: et magni-
fica eum magnificando.

Note.

Inscribunt quidam hanc suram بنى اسرايل Filiorum
Israel, quod in ea de illij mentio fiat, et translata?
Communij tamen inscriptio est الاسرى, quam uocem
exponit Jelal سيّر الليل. Iter noctij, seu nocturnus?
Hoc tamen loco uerbum اسرى significat, nocte tran-
stulit, scilicet Deus, seu Gabriel Mahumetum &

Deinde

Delubro Meccano ad Templum Hierosolymitanum,
et inde in Cælum. Salvus a prima sure usque
inscribit eam سبحان i. Laus: et addit هو مكية لها
est tota Meccana. Alij etiam Meccana faci-
unt, licet quidam octo versus excipiant, quo-
rum primus est Septuagesimus quartus, qui
incipit: Et quidem parum abfuerunt: Et sex-
tum alij, qui immediatè sequuntur. De nu-
mero versuum, non video esse controversiam,
nisi quod non nulli unum addunt, itaut
undecim supra centum addant. Jam premi-
um legentis suram audiamus: من قراء سورة
بنى اسرايل فرق قلبه عند الذكر الوالدين كان له قنطار فى الجنة والقنطار
الذاوقية وما يتا اوقية Qui legerit Mss/412.
suram filiorum Israel; et emollitum fuerit
cor eius ad commemorationem parentum suor:
habebit in Paradiso unum Cantarum. Cu-
ius autem Cantarus pondus sunt mille et duce-
tarum unciarum. Ita literaliter ac materialiter hæc accipiet Mahumetana.

1. Laus illi, qui transtulit servum suum]. De hac
Mimetica Mahumeti translatione, satis fusè alij
diserui*. Hic solum repetam quæ habet hoc loco Jela-
leddinus fideliter ex Arabicis translata, et cæteris
expositoribus communia. Hac igitur translatione
(inquit Jelaleddinus) seu transitu nocturno Dei tem-
plo Meccano ad Hierosolymitanum, honoravit Deus
Mahumetum coniungens illum cum Prophetis, et

* Vide Prodromi partem secundam cap. 74 pag. 99. et Vitam Mahumeti cap. 12. pag. 127

***, vocibus identidem superfluis verborum Latinis, sine lesione sententiæ.

= transferens in Celum, ascendensque illi visionem
= mirabilis Regni celestis, et dignans eum colloquio
= suo: de quo (ut ita dicit ipse) Mahumetus: Veni
+ albam = equitans super Alborac, quod erat iumentum +albo,
= maius asino, et minus mulo: et findebat ungu-
= las in extremitate ipsarum. Contigit autem me
= donec peruenirem ad templum Hierosolymitanum, ubi alli-
= gaui illum ad anulum, ad quem alligabant illum Pro-
= phetæ. Deinde ingressus in templum, orauj in eo duo
= geminas inclinationes. Vbi uero egressus sum, uenit
= ad me Gabriël cum uase uini, et cum uase lactis.
= Ego uero elegi uas lactis. Dixitque mihi Gabriel:
= Recte elegisti. Et cum hoc diceret, ascendimus
= ad Celum Lunæ. Et pulsauit Gabriel ianuam, ut
= aperiretur. Dictumque fuit illi: Quis es tu? Res-
= pondit: Ego sum Gabriel. Dictum fuit illi: Quis
= tecum? Et quis est tecum? Respondit: Mahumetus.
= Et num dictum fuit: Iam ne demandata fuit
= illi ab Deo legatio? Respondit: Iam demandata est.
= Apertum est itaque nobis ianua: et ecce obuius
= uenit mihi Adam, et salutauit me, faustis
= apprecando. Deinde ascendimus simul ad secundum
= Celum, et pulsauit ianuam Gabriel, ut aperirent
= ei, et factis interrogationibus et responsionibus
= uti supra, apertum est nobis ianua: et obuij uene-
= runt mihi duo filij matertere: nempe Joannes
= et Jesus, qui salutauerunt me, fausta apprecan-

tes. Deinde ascendimus ad tertium Cælum: et pul= =
sata a Gabriele ianua, [post interrogationes et re= =
sponsiones ut supra:] aperta est, et vidi Ioseph, =
cui collata fuit eximia pulchritudo, et salutauit =
me fausta apprecando. Tum ascendimus ad quar= =
tum Cælum, cuius ianuam cum pulsasset Gabriel, =
[post consueta interrogata, et responsa,] aperta =
est nobis, et vidi Edris (i. Henoch) qui salutа =
uit me cum fausta apprecatione. Deinde =
ascendimus ad quintum Cælum, cuius ianua, =
[præmissis dialogismis consuetis,] aperta est nobis: =
et vidi Aaron, qui salutauit me cum felicita=
tis apprecatione. Tum ascendimus ad sextum Cæ= =
lum, et [præmissis consuetis interrogationibus, =
et responsionibus,] aperta est nobis ianua il= =
lius: et vidi Moysen, qui salutauit me fausta= =
apprecando. Deinde ascendimus ad septimum Cælus, =
et [post superiora præmissa,] aperta illius ianua, =
vidi Abraam, qui inniacens erat Domui desiratæ =
in quam ingrediuntur quotidiè septuginta millia =
Angelorum, et nunquam redeunt ad illam. Deinde =
adduxit me ad arborem, quę dicitur Tedrer Al= =
montadi, cuius folia sunt sicut aures Elephan= =
tis, et fructus, sicut Pyrnę. Cumque accessisset =
ad illam, ex præcepto Dei ex quo, ad quam acce= =
it, immutata est: neque ullo creatura pot =
explicare pulchritudinem eius. Post hæc deuecta= =

fuit mihi non nulla, inter que illud fuit, quod debe-
rem singulis diebus ac noctibus, quinquaginta orationes
persolvere. Descendi ergo et perveni ad Moysen, qui ait
mihi: Quid statuit Dominus tuus populo tuo? Res-
pondi: Quinquaginta orationes singulis diebus ac noc-
tibus. Et dixit Moyses: Revertere ad Dominum
tuum, et precare eum, ut imminuat hunc numerum:
non enim poterit populus tuus illum complere:
nam ego talem experientiam feci in filiis Israel.
Tunc ego redij ad Dominum meum, et dixi: Domi-
ne mi, imminue hunc numerum populo meo. Al-
le vero detraxit quinque orationes. Cumque ad
Moysen redijssem, dixit mihi: Quid fecisti? Respon
di: Obtinui, ut quinque orationes imminueret. Dixit-
que Moyses: Adhuc non poterit populus tuus hunc
numerum explere: redi igitur ad Dominum tuum,
et precare, ut aliquot alias detrahat. Ego vero non
cessaui ire et redire a Domino meo ad Moysen,
detrahente semper mihi Domino singulas qui-
nas orationes, donec dixit mihi Dominus:
O Mahumete, iam sunt quinque tantum ora-
nes singulis diebus ac noctibus, itaut in singulis
orationibus decem comprehendantur: et ita sunt
quinquaginta orationes: et qui studiose surrege-
rit unum bonum operari, etiamsi non fecerit il-
lud, attamen adscribam ei bonum unum. Si vero fe-
cerit, adscribam ei decem bona. Qui vero studio-
se surrexerit operari unum malum, nec fecerit, non

adscribam

adscribam ei illud. Si autem fecerit, adscribam ei malum unum. Descendi igitur, et veni ad Mosen, et retuli ei omnia predicta. Ille vero dixit mihi: Revertere ad Dominum tuum, et precare eumque hunc etiam numerum genti tuæ imminuat, non enim poterit illum persoluere. Ego vero respondi: Jam toties redij ad Dominum meum, ut me pudeat iterum redire. Dixit autem legatus Dei Mahumetus: Vidi Dominum meum excellentem et gloriosum. Hactenus Author. Via credes, Lector, Mahumetanos his nugis fidem aliquam adhibere: et tamen adhibent, et quidem maximam. Sed Jelaleddinus multa ex ijs, quæ ab alijs Exegetis referuntur, omisit: puto, quia ipsi nimis monstrosa, et non digna videbantur.

3.° Generationem eorum]. Non satis constat cum quo connectatur. Jelal putat casum accusandi stare pro vocativo, ac si esset يا ذرية o Generatio. Nec dissentit Jamchascerius. Sed quis exquirat connexionem in Alcorano, in quo disjuncta sunt omnia ac dissipata.

5. Cum autem adveniret promissio prime vicis]. Huc locum ita exponit Jelal وقد افسدوا الاولى بقتل زكريا فبعث عليهم جالوت وجنوده فقتلوهم وسبوا اولادهم وخربوا بيت المقدس: Et iam peccaverunt prima vice, occidendo Zachariam: propterea misit Deus contra eos Goliam, et exercitus eius, et occiderunt eos, et captivos duxerunt filios eorum, et desolaverunt Domum Sanctam. Consentit ex

فبعث عليهم فى الاولى جالوت فسبّاها وقتل
parte Salias: et misit contra eos primo uice Goliam; et captiuitate
et cede uastauit eos.

6. Deinde conuertimus nobis periodum uictorie supra
illos]. i. concessimus nobis uictoriam de illis. Hoc fuit
iuxta Jelal: بعد مائة سنة بقتل جالوت post centum annos per
occisionem Golie.

7. Cum autem aduenisset promissio uicis alterius J. Ge-
lal وقد افسدوا ثانيًا بقتل يحيى فبعث عليهم بخت نصر عقوبت عليهم فخربت
القدس وسبى وقتل et peccauerunt secunda uice occidendo Io-
hiam [i. S. Joannem Baptistam]: et misit contra
eos Nabuchodonosor, qui occidit ex eis multa millia,
et captiuos duxit filios eorum. Consentit Salias:
ان فسادهم الثانى قتل يحيى بن زكريا فبعث الله بخت نصر عقوبة عليهم فخرب
بيت المقدس وسبا وقتل منهم سبعين الفًا
Secundum peccatum eorum fuit occisio Joannis filii
Zacharie, propter quam misit Deus Nabuchodonosor
ad eos puniendos; qui destruxit templum, et cap-
tiuos duxit, atque occidit septuaginta millia. Con-
sonat utrique Tamclascenus: افسدوا مرتين اولاهما قتل
زكريا ع م وحبس ارميا حين انذرهم سخط الله والاخرة قتل يحيى بن زكريا وقصد قتل
عيسى بن مريم بعثنا عليهم عبادًا لنا سنحاريب وجنوده وقيل بخت نصر وعن ابن عباس
جالوت فقتلوا علمآءهم واحرقوا التوراة وخربوا المسجد وسبوا منهم سبعين الفًا:
Duabus uicibus peccauerunt. Et occiderunt Zacharia
sanc. mem., et carcere incluserunt Ieremiam
cominantem ipsis iram Dei. Secundo occiderunt
Joannem filium Zacarie; et uoluerunt occidere Je-

rum

C. 5.

Trn/413.

tum filium Mariæ. Alijnus contra eos servus noster:
nempe Sennacherib, et exercitus eius. Alij dicunt in-
telligi Nabuchodonosor. Et Ebn-abbas manuda-
fuisse Heliam. Ali occiderunt Doctores eorum, et
combusserunt Pentateuchum, et demolisi sunt Tem-
plum, et captivos duxerunt cum eis septuaginta mil-
lia. Sed in Alcorano deest secunda pars periodi, quæ his nugis supple-
13. Et omni homini appendimus auem eius in tur ab expo-
collo eius]. Nomine auis intelligunt Helal, et sitoribus
Talias opera uniuscuiusque hominis. Verum me-
lius alij exponunt augurium, uel fatum, in qua
significatione etiam Latini Scriptores bonam a-
uem, uel malam auem dixerunt. Hinc Mogia-
Sed pronunciauit: ما من مولود يولد الا وفي عنقه ورقة مكتوب فيها
شقي او سعيد Nullus est, qui nascatur, quin in collocius
appendatur Charta, in qua scriptum est, utrum
ille felix futurus sit, an infelix. Huiusmodi
superstitionem Græci, ac Latini forsasse dixerunt,
& aues augurio capientes
32. Et non appropinquetis fornicationi Mœchiæ]. Arabice
الزنا uidetur significare simplicem fornicationem,
seu meretricationem; et conuenit cum Hebraica
uoce זְנוּת. Amplectitur tamen quodcunque genus
illiciti concubitus, et præsertim adulterini.
33. Quisquis ipse est adiutus]. Explicat Elias
اي ينصره السلطان حتى يقيده منه Vindicet illum publica pote-
stas, ut uindicet eum de illo.

35. *Aduocandum ad primum suarum*]. Hoc proprie videtur significare تاويلا. Explicat Gelal علما, opes: i. ad opes acquirendas, uel conseruandas. Iam Chascerius exponit عاقبة ad felicem exitum.

61. *Et arborem maledictam in Alcorano*]. De hac arbore ita Gelal: وهى الزقوم تنبت فى اصل الجحيم جعلناها فتنة لهم اذ قالوا النار تحرق الشجر فكيف تنبت: Haec arbor uocatur Zacum, et oritur ex imo fundo Tartari. Cum ueró dicitur: Posuimus eam ad susceptionem illis: innuitur id, de quo ipsi inter se disceptabant dicentes: Ignis combusit arbores, et quomodo ibi nasci potest in eo arbor Zacum. De hac arbore alibi mentio fit in Alcorano, ubi dicitur producere quendam fructus, sicut capita Diabolorum. ورؤس الشياطين

63. *Quid tibi uidetur!*] Arabice ارايتك proprie significat An uidisti? Sed expositores communiter explicant اخبرنى Enarra mihi, uel, Dic mihi. Censes recte uerti posse, Videturne tibi? seu, an existimas rectè factum? nimirum id quod mox subijcitur; ita ut in eo absolutatur tota sententia: sed melius (ut ego uerti) Quid uobis, uel tibi uidetur?

72. *cum Antistite suo*]. Arabica uox امام proprie significat Antistitem. Nonnulli tamen explicant كتاب Librum.

74. *Et quidem parum abfuerunt*]. Idest, parum abfuit, quin Infideles decipierent ea. Gelal: نزل فى ثقيف وقد سالوه ان يتمتع باصنامهم سنة فابوا عليه. Hae reuelatae sunt pro hominibus Thekiphensibus, qui postulauerunt à Mahumete, ut con-

+ sed rectè uerti potest; ad interpretationem id est, ad cognoscendum, ad cognoscendum iustum pretium, uel iustum pondus, iustúmque mensuram: est enim modius de statera interpretis quidem ualoris seu pretij rerum

ut conseceraret Vallem ipsorum (idest, erigeret in ea Templu
preter Meccanum): & maxime in hoc urserunt illum. In
hoc autem Mahumetus fingitur, uel fecisse aliquid diuer-
sum ab eo, quod ipsi Deus reuelauerat. Diuinant hec ex proprio cerebro quidam
77. Et quidem prope fecerunt Judei]. Hec ita explicat Interpres
Celal: نزل لما قال له اليهود ان كنت نبيا بالحق فالحق بالشام فانها
ارض الانبياء: Hec reuelata sunt, quando Judei (ut caßide
Mahumetum Medina ejicerent) dixerunt ei: Si tu es pro-
pheta, uade in Syriam: illa enim est terra Prophetarum.
81. Et dic: Domine mi introduc me]. Hec uerba
iubetur Mahumetus dicere in ingressu Mecce, inuxta
Celal, qui subdit: وقد دخلها ص وحول البيت ثلثماية وستون
صنما فجعل يطعنها بعود في يده ويقول جاء الحق وزهق الباطل
Ingressus est autem Mahumetus Meccam: et circa
Templum eius erant trecenta sexaginta idola:
cepitque ea fodicare baculo quem manu tene-
bat, ac dicere: Venit ueritas, et abijt uanitas:
donec omnia ceciderunt. Id ex Vita Mahumeti constat hoc esse men-
dacium
101. Protestatem patrandi nouem miracula]
Hec miracula ita enumerat Celal: وهي اليد والعصا
والطوفان والجراد والقمل والضفادع والدم والطمس والسنين ونقص من الثمرات
Hec fuerunt, Manus, et uirga, et Diluuium, et locu-
ste, et pediculi, et rane, et sanguis, et tenebre,
et segetum lues, et fructuum sterilitas. At plura fuerunt ut patet
ex lib. Exodi
109. Inuocare Deum, uel inuocare Misericor-
dem]. Deo hec dicta sunt iuxta Celal, qui
كان ص يقول يا الله ويا رحمن فقالوا انهانا ان نعبد اثنين وهو يدعو الهًا اخر معه
dicebat Mahumetus: O Deus, o Misericors. Sed

uerò audientes dixerunt: An prohibet nobis cultum duorum deorum; et ipse invocat cum Deo alium deum? Credebant scilicet الرحمن Rahman, seu Miseratorem, esse deum aliquem diuersum à Deo: cum tñ esset tantùm unum ex Nominibus Dei, quę Nomina Arabes asserunt communiter esse nonaginta ac nouem, et sunt huiusmodi: الله الذى لا اله الا هو Deus, præter quem nullus est deus. الرحمن Miserator. الرحيم Misericors. الملك Rex. القدوس Sanctus. السلام Pax. المؤمن Fidelis. المهيمن Tutor. العزيز Excellens. الجبار Rigens. المتكبر Grandis. الخالق Creator. البارى Conditor. المصوّر Formator. الغفار Indultor. القهار Triumphator. الوهاب Donator. الرزاق Prouisor. الفتاح Victor. العليم Sciens. القابض Comprehensor. الباسط Dilatans. الخافض Deprimens. الرافع Exaltans. المعز Honorians. المذل Humilians. السميع Audiens. البصير Videns. الحكم Iudex. العدل Justus. اللطيف Benignus. الخبير Peritus. الحليم Mitis. العلى Excelsus. العظيم Magnus. الغفور Propitius. الشكور Gratus. العلى Excelsus. الكبير Ingens. الحفيظ Custos. المقيت Nutritor. الحسيب Computator. الجليل Gloriosus. الكريم Honorabilis. الرقيب Observator. المجيب Exauditor. الواسع Dilatator. الحكيم Sapiens. الودود Amator. المجيد Glorificatus. الباعث Sugeritator. الشهيد Testis. الحق Veritas. الوكيل Præfectus. القوى Fortis. المتين Validus. الولى Dominus. الحميد Laudatus. المحصى Numerator. المبدى Principiator. المعيد Reductor. المحيى Viuificator. المميت Mortificator. الحى Viuens. القيوم Subsistens. الواجد Inuentor. الماجد Glorificator. الواحد Unus. الصمد Egregius. القادر Potens. المقتدر Præpotens. المقدم Præcessor. المؤخر Subrecutor. الاول Primus. الاخر Nouissimus

mus. الظاهر Apparens. الباطن Latens. الوالي Regsriders. المتعلى Altissimus. البر Purus. الثواب Remunerator. المنتقم Vltor. العفو Indulgens. الرؤف Pius. مالك الملك Conservor Regni. ذو الجلال والاكرام Erigitur gloria, et magnificentia. القسط Juste mensurans. الجامع Congregans. الغنى Dives. المغنى Ditans. المانع Prohibens. الضار Nocens. النافع Juuans. النور Lux. الهادى Dirigens. البديع Producens de nouo. الباقى Permanens. الوارث Hereditans. الرشيد Director. الصبور Patiens.

His nominibus seu epithetis Dei addunt centesimum, quod vocant الاسم الاظم Nomen maximum; quod tamen nonnusquam expressum: Et puto eos per illud intelligere Nomen tetragrammaton יהוה. Verùm multa alia nomina Dei possent afferre, etiam quæ magis quàm prædicta illi conuenirent.*

+ الاعظم

* Omittunt autè quoque quum Dei Nomen الرب Dominus, quod nõ solum Hebræi, sed etiam interpretes Græci, Syri, Latini, Arabesq; reliqui, loco nominis inefabilis, יהוה Dominus, Cur hoc? quia nunquam in Alcorano hoc nomen

Refutationes.

1. Quicunque patienter legerit delicias, et ineptias, quæ in decantato Mahumeti in Cælum translatione continentur: manifestè cognoscet quanta fides Mahumeto ac sapientibus Mahumetanis habenda sit. Annuit eam hoc loco tantummodo Alcoranus: sed fusissimè legitur in libro Sonne, et apud Alcorani Expositores, qui omnes eam ex ipso Mahumeti ore in medium protulerunt. Non est hic otium tot nugas adeo seriò confutare. Fide quæ in Cædromo prolixius de hac translatione disseruimus, loco supra citato.

2. Asserit Alcoranus, Deum prædicasse in الربّ Domino vestitum, nisi in vestimine, cui eum assistit; ut رب Dominus mundi; رب العالمين Dominus Mundanus, in quo casu non est

Pentateucho filij Israel, ipsos in terra Syrie duabus uicibus grauissimè peccasse: et to-
ciesuem, quod fidem uicibus suo peccato suo seueriss[imè] pu-
nomen Dei prosperatur nomi- niendos. Post penam tamen primę uicis, eos ꝛ?
ni tẽbr grauissimum in amplissimum statum restituendos, minais
mate ꝛ?ꝛ?s. Vi-
dę igitur ut Abraam horreo suos antea uictores, ipsi uin-
centes deseruire cerent, ac profligarent. Nihil huiusmodi le-
proprię ac peregrinus in Pentateucho. Et quidem filij Israel
ipsę Dei
nomen, ac in terra Syrię non bis tantum, sed plusquam
prosperatus inter decies grauissimè peccauerunt; et grauissimè
Ali nomines etiam a Deo ędę et captiuitate puniti
Illud à Mos. sunt. Porrò ꝛt in expositione Historiarum
Leuij nõ recẽ- concordibus sapientiorum Mosis memoriarum re-
cedi
tis, ciuium cohibere nullo modo potuimus. Quis
enim in profusos cachinnos non erumpat, dum au-
dit Zachariam Gotholię, et Joannem Baptistam
Zacharię, filium Sadoc Sadducæorum, uel Sennacheri-
bo coæuos fuisse? Nullo in re magis hallucinantur Mosis hostes, quàm in antiqua historia
et Chronologia.

3. Quod singulis hominibus auem sua cuique
appensam a Deo fuisse pronunciet, sapien-
tiæ incredibilem superstitionem, et contra humanæ
libertatem factum ac necessitatem inducit.

4. Dum æstimat, deos, quos Mosis colebat,
stridere Deo aggregandos, et de hoc inter
se decertare: ac pręterea misericordiæ eius

sperare

ſpectare, ſenamque rimere: ſibi ipſi manifeſtè
aduerſatur. Sæpe enim in Alcorano aſſeuit
huiuscemodi deos, siue homines fuerint, siue dæ-
mones; deos aduersos, et rebelles, et ſolenne ad-
dictos fuiſſe.

5. Later hic § 60. Mahumetum nulla in
testimonium legis ſuæ miracula fecisse: u-
bi etiam priuola huius rei ratio obseruanda
est: quia nimirum cum Deus antea Prophe-
tas cum miraculis ad priores gentes misis-
set: illæ tanquam prestigiis ac mendacia ea-
dem reiicient: idem uero Meccanos factu-
ros fore, si Mahumetus miracula patra-
set. Itaque ne Mahumetum quidem mit-
tere debuisset Deus, quia Meccani, quema-
modum priores gentes Prophetas suos, illum
tanquam Impostorem, ac nebulonem reiec-
turi erant. At enim Mahumetus Mecca-
nos plures prædicatione sua conuertit. Mul-
to ergo magis miraculis conuertisset: imò et
non paucos conuertisse narratur. Hæc ea
quemadmodum priorum Prophetarum mi-
racula, ex testimonio ipsius Alcorani, mul-
tos conuerterunt. Quamobrem nimis futile
excusationem fraudibus suis ac mendaciis
obtendit Mahumetus. Demum nunquam Deus
deest partibus suis, nec omittit facere, quod
in se est, etiamsi certissimè sciat homines

minimè correspondentium. Sed dicat nobis Mahumetus, cur Deus miserit Christum cum miraculis, quamuis priores gentes prophetis suis miracula patrantibus non crediderint? Et cum Christi, et Apostolorum miracula tot hominibus ad fidem suscipiendam profuerint; cur Deus in medio Mahumeto respexit potius ad Prophetas antiquos in negando illi miracula, quàm ad Christum, et Apostolos in eadem concedendo? Sed circa miracula vide secundâ partem Prodromi, et ea quæ supra dicta sunt

6. Similis est ratio nice iactat Mahumetus Alcoranum suum, dum nihil illi æquale ab hominibus, et Demonibus simul conspirantibus, seque inuicem adiuuantibus fieri posse pronunciat. Si loqueretur de aliqua catorà anni, solisque uias posita, facilè nobis mendacia sua tanquam o-cacula e tripode poset obtrudere. Alcoranum uerò quem manibus habemus, uidemus, legimus, a capite ad calcem reuoluimus. Nihil in eo, nisi fabulas, mendacia, quisquilias, nugas, inepcias reperimus: Hæc de suo habet. Cætera, quæ boni aliquid, uel sani continent, aliunde furatus est Mahumetus †

7. Iterum accusat Leo § 91. et sequentibus de miraculis faciendis. Æque tamen quæ Mecanos adeo insultos fuisse, ut miracula illa, quæ hic recensentur, ab eo exigerent: nisi forte ad ipsum illudendum, sibique iocum de eo captandum.

8. Falsum est, Mahumetem coram Chamore se-

† Sed circa hoc miraculum Alcorani vide Prodr. p. 2. cap. 11. pag. 443. et ea quæ alibi dicta sunt

gue-

Hebræis, et filijs Israel nouem tantùm signa fecisse: cùm reuera decem fuerint, quæ in libro Exodi referuntur unusquisque recognoscere.

Quod si dicas, Mahumetum non negare hæc signa plura quàm nouem fuisse: respondeo, nullam adesse rationem, cur ea omitteret, si uera ea facta esse credidisset. Huc accedit, quòd Alcorani Cæsarei Moysi miracula enumerantes, nunquam plura quàm nouem recenseant.

9. Quod asserat, Christianos et Iudæos, audientes Alcoranum procubuisse in facies suas cum fletu, tanquam illum uenerantes: uel mendacium est: uel fuerunt illi, quorum aliqui, et idiotæ, quibus quiduis ueri, uel falsi facillimè persuaderetur. Verùm norunt omnes, quàm facilè Impostorum, ac Seductorum errores, non solùm a malignitate Hominibus, sed etiam a præcipuis uiris hauriantur, præsertim cum ea contineant, quæ depraudatæ mortalium naturæ fauent: cum è contrario uera sinceræque religionis dogmata, non nisi summa cum difficultate ab Hominibus recipiantur, et iam recepta facillimè relinquantur. Et manifestè asserat in Euangelica Lege, quæ non nisi cum sanguine eam docentium profluit in Orbem inuecta: et quamuis ab omnibus fere susceptæ, breui tamen a plerisque mysteriis liberiores sectas amantibus, destructa fuit.

٢380

P. 812 •
mm/420

سورة الكهف مكية
ماية وعشر آية

SVRA XVIII.

SPELVNCA.

Meccana.

commatum centum,
ac decem.

In Nomine Dei Miseratoris Misericordis.

1. LAVS Deo, qui demisit super seruum suum Mahumetum librum Alcorani: et non posuit illi distortionem [idest, aliquid in eo prauum, aut distortum]: sed fecit totum rectum.

2. Vt comminaretur calamitatem uehementem infidelibus uenturam a conspectu eius: et euangelizaret fidelibus, qui operantur recte, quod ipsis erit merces bona:

3. Permansuris in ea semper.

4. Et commoneret eos qui dicunt: Suscepit Deus sibi filium: ostendens non esse illis in hoc ullam scientiam, neque fuisse, patribus eorum. Graue est dictum, quod egreditur de oribus eorum: non dicunt nisi mendacium.

5. Et forsitan tu enecans eris te ipsum super uestigia eorum, nisi credant, ut reducas ad

a. si

enecaturus es

te, si non credant in hanc nouam narrationem [i. dicere in Alcoranum], et tristitiam animi tui.

6. Nos certè posuimus id, quod est super terram ad ornatum ejus, ut experimentum faceremus eorum, quis ipsorum esset melior operando.

7. Et nos nunc posituri sumus id, quod est super eam, puluerem siccum [i. reducemus eam in sterilitatem].

8. An existimasti, quod habitatores Speluncæ et Rakim, fuerint inter signa nostra mirabile [i. dicit unum ex præcipuis signis nostris]?

9. Cùm confugerent pueri ad speluncam ob timorem infidelium, dixerunt: Domine nostre, affer nobis à conspectu tuo misericordiam: et dispone nobis negotium nostrum rectè.

10. Percussimus igitur super aures eorum [i. in somnos mersimus eos] in spelunca annos numerum.

11. Deindè excitauimus eos, ut sciremus quænam duarum partium, discrepantium inter se de duratione commorationis eorum in spelunca esset melius computans istud tempus, quo commorati fuissent usque ad finem.

12. Nos narrabimus tibi historiam eorum cum veritate. Certè ipsi erant iuuenes pueri, qui credidérant in Dominum suum, et auxeramus illis directionem.

13. Et alligauimus [i. confirmauimus spem

suę corda eorum, cùm steterunt ante tyrannum, et dixerunt: Dominus noster est Dominus Cęlorum, et terręe: nunquam inuocabimus præter eum deum ullum? etiam, si hoc faceremus, jam quidem diceremus grauem rubio excęssum impietatis.

14. Et gentes nostrę acceperunt præter eum deos: sed nos nunquam adorabimus illis, nisi asserant pro eis potestatem manifestam [i. argumenta certa] diuinitatis eorum. Quis porrò iniquior est, quàm, qui confingit de Deo mendacium?

15. Et dixit quidam ex illis ad alios: Cùm separauerit nos ab eis, et non colent [i. donec non colant] nisi Deum; confugite in speluncam: effundet uobis Dominus noster misericordiam suam: et disponet uobis legem nostrum conuenienter.

Prima Kl/421.

16. Et adiuit Solem, postquam ortus fuerat, declinauit à spelunca eorum tenentem dexteram [i. uersus meridiem] cùm uerò uidisset ad occasum, et relinqueret eos, tenentes sinistram [i. declinauit ad septentrionem, ita, ut nunquam tangeret eos]. Et ipsi erant in parte spatiosa illius [i. speluncæ]. Hoc facit unum ex miraculis Dei. Quem diuexerit Deus, ipse porrò erit directus: quem uerò exaltauerit, nunquam inuenies ei patronum directorem.

17. Et

17. Et uisimus eos uigilantes: tenebant enim oculos apertos: at ipsi erant dormientes. Et uertebamus eos ad dexteram, et ad sinistram. Et canis eorum extendens brachia sua in ore speluncæ. Si apparuisses eis ex improuiso: citò terga uertisses ab eis fugiendo: et certè repletus fuisses ab eis terrore. *acapo 18.

19. Et ita suscitauimus eos à somno, ut interrogarent mutuò inter se. Dixit dicens [i. quidam] ex eis: Quamdiù morati estis hic? Responderunt: Morati sumus diem, uel partem diei. Dixerunt ei: Dominus uester scientissimus est quantum morati fueritis. Porrò mittite unum uestrum cum pecunia uestra hac in Ciuitatem, et uideat quid in illo sit mundius ad cibum, et afferat uobis alimentum ex eo, et blandè agat cum ciui sui, et non notificet ex uobis ullum.

20. Citò ipsi, si apparuerint super uos [i. si ascenderint huc ad nos] lapidabunt uos; aut reducent uos in secram suam: atque ita non eritis felices unquam.

21. Et, sic uenire fecimus de eorum gentem eorum jam fidelem; ut scirent, quòd promissio Dei est ueritas: et quod horæ [i. diei resurrectionis] non est dubium de ea, cùm disceptarent inter se Dominus de negocio discessu eorum [i. septem dormientium] et dicerent infideles: Ædificate super eos ædificium.

22. Dominus eorum scientissimus erat de eis. Respon-

dicunt fideles, qui prevaluerant in negotio eorum: Omnino edificabimus super eos Caesarium.

23. Dicent quidam: Tres juvenes fuerunt tres: quartus eorum fuit canis eorum. Et dicent alij: Fuerunt quinque: sextus eorum fuit canis eorum: opinando de re arcana. Et dicent alij: Fuerunt septem: et octavus fuit canis eorum. Dic tu: Dominus meus scientissimus est de numero eorum: Non scient eos, nisi pauci.

24. Ne igitur disceptaveris de eis, nisi disceptatione clara, juxta id, quod tibi revelatum est. Et ne quaeras percunteris circa eos ex illis [ex Judeis, ex Christianis] ullum.

25. Et nunquam dicas de aliquo re: Certè ego facturus sum hoc cras: nisi addas: si voluerit Deus. Et memento Domini tui cùm oblitus fueris alicujus rei: et dic: Facile erit, ut erudiat me Dominus meus, ut approximem ad hoc [ut sciam veritatem hujus historiæ] [~~Dirigat me ut sciam veritatem~~ a recta], a per directionem eius.

26. Et morati sunt in spelunca sua trecentos annos: et additi sunt novem.

27. Dic: Deus scientissimus est quantùm commorati sint. Ipsius est arcanum Cælorum, et terræ. Fac videre in eo: et fac audire. Non est illis præter eum ullus patronus: neque associabit in judicio suo ullum.

28. Et lege quod revelatum fuit tibi de libro Domini tui

ni tui: non est ullus immutans uerba ejus: et
nusquam inuenies preter eum effugium.
29. Et constanter gere te ipsum [in perseuera] cum
iis, qui inuocant Dominum suum mane, et uespe-
re, et requirunt faciem ejus: et ne auertantur ocu-
li tui ab eis, ut requiras ornatum uite mundane:
et ne obdias ei cujus conjdcimus incuriam cor-
circa memoriam nostri; et sectatus est concupiscen-
tiam suam; et est negotium eius excessus in pec-
catij
30. Et dic: Veritas est a Domino uestro id quod
uobis predico: itaque qui uoluerit credat: et qui uo-
luerit, non credat. Certè nos preparauimus iniquè
agentibus ignem: circumdabit eos fumus flam-
ma ministus illius. Quod si auxilium implora-
uerint, adiuuabuntur aqua, que sicut est liqui-
dum asabit facies. Misera erit porio: et ma-
ximum erit declinatorium
31. Porrò qui crediderint, et fecerint recta: certe
nos non sinemus perire mercedem eius, qui benè
fecerit operando.
32. His ipsis erunt horti eden: circumdabuntur
ipsos flumina: ornabuntur in eis armillis ex auro,
et induentur uestibus uiridibus ex serico pretioso
nitido interrasto; et amictu splendenti: accumben-
tes in illis super lectos sponsales. Laudamus ex-
xxx. O felix premium, et erit pulchrum declinatorium!
33. Et propone illis in parabolam domus uiros: se-

dimus uni eorum duos hortos ex uitibus, et circumcinximus utrumque palmis, et posuimus inter utrumque sementem.

a. currere 34. Postquam hortorum attulit fructum suum, et non defraudauit ex eo quidquam: et a erumpere fecimus inter utrumque fluuium.

C: 2 35. Et fuit illi homini ex eisdem hortis^ fructus: et dixit

N n 422 socio suo (et ipse gloriabatur aduersus eum): ego copiosior sum quàm tu opibus, et potentior familia.

36. Et ingressus est hortum suum, et ipse iniquus in animam suam: dixit: Non existimo quod pereturus sit hic hortus unquam:

37. Neque puto horam staturam [i. futurum diem iudicij] et quamuis reducar ad Dominum meum [i. quamuis resuscitet], profectò inueniam melius hoc horto immutatius.

38. Dixit illi socius eius (et ipse gloriabatur contra eum): An non credis in eum qui creauit te et fabricauit: deinde ex spermate: deinde conformauit te in uirum?

a 39. Sed ego dico: Ipse Deus est Dominus meus: et non associabo in Domino meo nullum.

40. Et non ne cum ingressus fueris hortum tuum, dices quod uoluerit Deus? Non est uirtus, nisi in Deo: etiamsi uideas me esse minorem te opibus et filijs.

41. Et forsitan eueniet, ut Dominus meus det mihi

mihi melius quàm hortum tuum: et mittat ignem eum
fulmina e Cælo, ita ut euadat terra pulueriulenta, insta-
bilis.

24. Vel euadat aqua illius profunde depressa, ita
ut nullatenus possis eam haurire.

25. Et circumdatus est fructus eius [i. periit.]
Cepit ipsum inuertere uolus suas sibi id quod exspe-
dierat in illum; nam ille erat uacuus sibi sublimē- π [nempe hortum]
tro suo [i. sibi castellos, quibus uites sustentabant]
et dicebat: O utinam ego non associassem cum Do-
mino meo ullum.

26. Et non fuit illi turba hominum, qui adiuua-
rent eum, preter Deum: neque fuit adiumen se- a vindicans
ipsum.

27. Ibi [i. in die iudicij] b auxilium protectio Dei erit uere: b auxilium erit Dei ver
ipse melior optimus erit quoad premium, et melior quoad
felicem successum.

28. Et propone illis parabolam uite mundane.
Hec est sicut aqua, quam semisimus e Cælo, et com-
misceatur ei caro germen terre; quod et postquam ui-
ride et pulchrum fuerit, euadit stipula arida,
dispergunt eam uenti: et est Deus sibi omnem eam
prepotens.

29. Opes et filij sunt ornamentum uite mundane:
sed permanentia opera bona, meliora erunt a-
pud Dominum tuum quoad premium, et meliora
quoad spem.

30. et die quadam ambulare faciemus montes

et uidebis terram manifestè apparentem [i. totam complanatam]: et congregabimus eos, et non pretermittemus ex eis ullum.

a. presentabitur

4 g. Et a constituend ante Dominum tuum ordinatim: i et dicetur eis: Iam quidem uenistis ad nos [ebria omnibus exposita], quemadmodum credidimus uos producere. Atqui existimabatis, quod non seruaturi essemus uobis promissionem.

5 o. Et ponetur liber operum uniuscuiusque in manu eius. Et uidebis sceleratos formidantes ob id, quod scriptum erit in eo: et dicent: Oh uch nobis! Quid mihi hic liber? Non pretermittit paruum quid, neque magnum, quin recenseat illud. Et inuenient id, quod operati fuerint, presens: neque iniustè tractabit Dominus tuus ullum.

Integra transitione relinquit crambem

5 1. Et cum diximus Angelis: Adorate Adam: et adorauerunt eum omnes: Sed Satanas [i. Diabolus] fuit ex Genijs: et preuaricatus est a precepto Domini sui. An ergo accipietis eum, et generationem eius [i. Genios ex eo natos] in patronos pretered me, cum ipsi sint uobis hostes. Miserum est iniquorum permutationem, dum colunt Diabolum pro Deo

5 2. Non adhibui eos testes [i. non habui eos socios] creationis Celorum et terre, neque creationi eorum Deum met ipsorum: neque fui accipiens seductores [i. Demones] in adiutorium.

5 3. Et die quadam dicet Deus infidelibus: Adora-

uocare associatos meos, quos putabat esse deos. Inuocabunt itaque eos: sed non respondebunt illi: et ponemus inter eos torrentem exitij, in quo omnes pereunt in gehenna.

54. Et uidebunt scelesti ignem: et existimabunt se proiciendos esse in eum: et non inuenient ab illo effugium.

55. Et iam quidem uanitatem posuimus in Aliorano hominibus ex omni similitudine: sed est homo plerasque res, quæ sunt in illo, disputans.

56. Et non cessauit homines ne crederent, cum uenisset ad eos directio [i. Alioranus], et ne ueniam petierent a Domino suo, nisi ut ueniret ad eos status priorum [i. pœna statuta a Deo infidelibus præcedentibus:] aut ueniret ad eos supplicium patenter.

57. Et non mittimus legatos, nisi Euangelizantes, et comminantes. Et discernant ij qui non credunt, cum uanitate, ut eliminent ex eam uanitatem. Et acceperunt signa mea in Alioranis, et id quod comminatum fuit eis, in iocum.

58. Et quis est iniquior quàm is, qui commonitus fuit de signis Domini sui; et longè recedit ab eis: et obliuiscitur id quod præmiserunt manus eius [i. peccata sua præcedentia.] / Et iam posuimus super corda eorum operimentum, ne intelligant illum [i. Alioranum]; et

C. 3 N. 91 / 425

in auribus eorum grauitatem.

59. Quod si inuitaueris eos ad Directionem, non progredientur diligenter unquam.

60. Et Dominus tuus indultor, preditus misericordia, si punire[+] uellet eos in mundo ob id quod pergetrauerunt, procul dubio accelerasset illis penam. De manet illis promissio, ut differatur ad diem iudicij, in quo non inuenient prece eum effugium.

61. Has autem urbes perdidimus persequamini què gerant: et posueramus perditionis earum promissionem [i. premonueramus eos de hoc].

+ [i. punire uo- luisset]

Incepta trajicio

62. Et cum dixit Moyses puero suo Josue filio Nun: Non cessabo abire, donec perueniam ad coniunctionem duorum mariũ [i. Ionij, et Persici]: aut incedam longum tempus [i. spatium octoginta annorum].

63. Cum autem ambo peruenissent ad coniunctionem inter hęc duo maria, obliti sunt accipere piscem suum, quem secum ferebant. Locũ accepit piscis ille uiam suam in mare & subterraneam uiam.

64. Cum uerò inde pertransissent, dixit Moyses puero suo: Affer nobis prandium nostrum; iam enim inuenimus ex itinere nostro hoc fatigationem.

65. Respondit puer: Credes ne, quòd cum confugissemus ad petram, ego sanè obliuiosus sum pi-

scis

uis? Neque obliuisci fecit me illius, nisi Satan, ne recordaer illius: et arripuit piscis uiam suam in mare cum strepore utriusque.

66. Dixit Moyses: Hoc est quod desiderabamus. Et reuersi sunt ambo sup uestigia sua requirentes uiam priorem.

67. Et inuenerunt seruum e seruis nostris, cui tribueramus misericordiam de apud nos, et docuemus eum a consessu nostro scientiam.

68. Dixit illi Moyses: An uis sequar te ut pacto, ut docas me in eo de quo doctus fuisti, ad directionem meam?

69. Respondit ille: Certè tu non poteris mecum perdurare

70. Quomodo enim sustinere poteris, ne interroges me de eo, quod non comprehenderis notitia.

71. Dixit Moyses: Inuenies me, si uoluerit Deus, constantem: neque inobediens ero tibi ullo in re.

72. Dixit ille: Si ergo sequutus fueris me, ne interroges me de ulla re, donec renouem tibi de ea mentionem.

73. Profecti sunt igitur ambo, donec ascenderunt in nauim: et ille confregit eam. Dixit illi Moyses: An confregisti eam, ut submergeres homines illius? Iam forsi fecisti rem miram

74. Respondit ille: Nonne dixi tibi, quod tu non poteris mecum perdurare? &

)5. Dixit Moyses: Ne succenseas mihi Dñe in quo offe-
rus sum: et ne imponas mihi in precipiendo mihi, dif-
ficilia.

)6. Quæsierunt igitur, donec inuenerunt iuuenē;
et ille occidit eum. Dixit Moyses: An occidisti a-
nimam innocentem sine anima, [i. sine absque eo
quod alium occiderit.] Iam certè peregrassi sum ne-
fariam.

)7. Respondit ille: Nonne dixi tibi, quod tu non
poteris mecum perseuerare?

)8. Dixit Moyses: si interrogauero te deinceps
de prothac: ne cerineas me socium tuum. Iam
a pertenuit ad te ad me excusatio.

)9. Perrexerunt igitur, donec peruenerunt ad habi-
tatores urbis cuiusdam [i. Antiochię]. Petierūt
cibum a ciuibus illius: Sed illi renuerunt hospitio
recipere eos. Inuenerunt autem in ea parietem
altitudinis centum cubitorum, qui uolebat ruere:
at ille erexit eum manu sua. Dixit illi Moyses:
si uoluisses, profectò accepisses pro hoc mercedem
[si nimium iam diutum negligisses]

80. Respondit ille: Hæc erit segregatio inter
me, et inter te. Sed prius enarrabo tibi significa-
tionem illius, de quo non potuisti sustinere, ne
interrogares me.

81. Porro nauis, quam confregi, erat quorundam pau-
perum, qui operabantur in mari: uolui autem infestare
te eam, quia erat a tergo eorum Rex Pirata, qui
tollens

الجزء السادس عشر
Pars Decima sexta

a. assequutus es a me excusationem.

Dei capiebat omnem animum uiolenter.

82. At uero iuuenis, quem occidi, erant parentes eius fideles: timuimus autem, quia ipse erat infidelis, ne inficeret eos errore et infidelitate.

83. Voluimus ergo ut commutaret illis Dominus eorum melio~~re~~ore illo [i. daret illis filium meliorem] pietate, et proximiorem misericordiæ [i. magis misericordem erga parentes.]

84. Lacus autem, erat duorum iuuenum orphanorum in ciuitate: et erat subter thesaurus, qui spectabat ad utrumque: fuerat autem puer eorum probus: et uoluit Dominus tuus, ut peruenirent ad finem eorum. P. 4 Nr 424

rem suam, et extraderent thesaurum suum & misericordiam a Domino tuo. Et non feci hoc quod uidisti ex uoluntate mea. Hæc est interpretatio eius, super quo non potuisti sustinere, ut faceres.

85. Et interrogabunt te Iudæi, o Maiumete de Bicorni. Respondebis: Recitabo uobis de eo commemorationem.

86. Nos quidem fiduciamus ei locum in terra: et dedimus ei ad omnem eam uiam.

87. Sequutus est ergo uiam, donec peruenit ad locum Occasus Solis: inuenitque eum occidere in fonte solis nigri: et inuenit prope eum fontem populum quendam infidelem.

88. Dicimus: O Bicorne, aut affligas hunc populum bello: aut assumas ergo eum benignitatem, captiuando.

89. Respondit Biorny: si quis fuerit infidelis, mox puniamus eum: deinde reducetur ad Dominum suum in die Iudicij, et punietur eum pleno uelementissima.

90. Si quis uero crediderit et receperit uerum, ipse erit certissimus, optimam [i. Pardisum] a. facilitatem ei ex imperio nostro facilius [i. leuius] ad eamus ei precepta nostra.]

91. Deinde prosequutus est uiam, donec peruenit ad locum ortus solis: inuenitque eum prorsus nudum quorundam pogulos, quibus non dedimus ab eo regumentum, [qui uix se posset abeius calore].

92. Ita se res habuit: et iam comprehenderamus scientia nostra id quod erat apud eum, notitia nostra [i. exercitus, et cetera, que habebat Bicornis].

93. Deinde prosequutus est iter, donec peruenit inter duos montes, infra quos inuenit pogulos quosdam, qui b. nouerant parum ut intelligerent sermonem.

b. nouerant parum ut intelligerent dictum.

94. Dicunt: O Bicornis, certe Agug, et Magug sunt deuastantes terram nostram: An ergo uis pertoluamus tibi tributum cum pacto, ut construas inter nos, et inter illos obicem [i. pauiem ne transire possint ad nos.]

c. patente fecit

95. Respondit: Deus quod c. stabilauit me Dominus meus, melius est tributo uestro. Atqui adiuuate me uiribus, ut ponam inter uos, et inter illos munimentum ualidum.

96. Afferte mihi ferrum ferri, ut equem duo latera horum montium. Dixit preterea: Insufflate donec efficiam

etiam illud ignem [i. ferrum ignitum.]

97. Dixit iussum: Afferte mihi, ut effundam super illud
es liquefactum.

98. Itaque non potuerunt Iagug et Magug ascendere
neq; illum murum, neque potuerunt illum perfodere.

99. Dixit Bicornis: Hoc quod feci, fuit misericordia
a Domino meo [i. & gratiam eius]. Cum autem aduenerit
promissio Domini mei, et egredientur Iagug, et Magug pro-
pe diem Iudicij; reducet illum [i. murum] in puluerem
comminutum. Et est autem promissio Domini mei uera.

100. Et sinemus alios eorum die illo fluctuare in ali-
os: et insufflabitur in tubam, et congregabimus eos con-
gregando.

101. Et exponemus gehennam in die illo infidelibus
exponendo;

102. Quorum fuerunt oculi in cooperturâ a memoria
mea, et non potuerunt audire ueritatem Alcorani.

103. An existimarunt qui sunt infideles quòd acciperent
seruos meos preter me in Dominos, me non ego pu-
nitum iuros? Certè nos preparauimus gehennam infideli-
bus, in hospitium.

104. Dic: An accipiemus uobis[a] eos qui iacturam faciunt
operum suorum, quorum erranit studium in uita mun-
dana; et ipsi existimant se bene operari id quod faciunt?

105. Illi sunt qui non credunt in signa Domini sui, et
occursum eius [i. aduentum ad Iudicium]: quamobrem inu-
tilia euaserunt opera eorum. Et postea non statuemus

[a] iacturam — Balsos

[b] opus suum.

illij in die resurrectionij fondus [quia nilicet inania erunt opera eorum].

106. Hec erit merces eorum; gehenna; eo quod infideles fuerint, et acceperint signa mea, et legatos meos in derisu.

107. Porrò qui crediderint, et fecerint recta; erunt illis horti Paradisi in hospitium.

108. Perpetuò morabuntij [illegible] in eis: non desiderabunt ab illis mutationem.

109. Dic: Si esset mare atramentum ad scribendo verba Domini mei: profectò deficeret mare, antequam deficerent verba Domini mei, etiamsi afferremus alium atramentum, sicut illud, a extendendo [i. ad scribendū]

a. ad extensionē

110. Dic: Utique ego sum homo sicut vos: revelatum mihi, quòd certè Deus vester Deus unus est. Qui ergo sperat occursum Domini sui [i. aduentum eius ad Iudicium] operetur opus rectum: neque associet in cultu Domini sui ullum.

S: 5
An 1425

Note

Inscribitur Sura الكهف, idest Spelunca, eo quod in ea de spelunca illa agatur, in quam reptim Dormientes Ephesi, ad fidem suam seruandam confugerunt, de quibus in nostris etiam Auctoribus tam Grecis, quàm Latinis celebris mentio habetur. Et licet in hanc historiam fabuli aliquid, uel dubij forsasse irrepserit: non tamen fabulo licuerit, ut impietatis illud monstrum stecoringerus audacissimè appellat. De loco hujus non video inter Expositores controuersiam. In numero uersuum non omnes conueniunt.

Centum

centum ac decem communiter enumerant: Quidam usque
ad centum et quindecim extendunt. Quidam etiam uelsicu-
lum uigesimum nonum: et constanter gero te ipsum &
inter Medinenses reponunt. Quod attinet ad premium lec-
toris, ita scribit Beidauius: مَن قرأ سورة الكهف من اخرها
كانت له نورًا من قرنه الى قدمه ومَن قرأ كلها كانت له نورًا من الارض الى السماء.
Si quis legerit suram Spelunce a principio usque ad
extremum eius, erit ei lux a capite usque ad calcem. Si
quis uero legerit illam totam, erit ei lux a terra usq;
ad celum.

+ nimirum (nisi fallor) a medio ad finem.

Numero 8. Adiratores Spelunce et Alrakim. Quid
hoc loco significet uox Arabica الرقيم Alrakim, non om-
nes conueniunt. Jelal exponit اللوح المكتوب فيه اسماؤهم وانسابهم:
Tabulam, in qua scripta erant nomina eorum,
et genealogia eorum. Fabius ex Cotada الرقيم الوادى الذى
فيه الكهف: Alrakim est uallis, in qua erat spelunca. Jam-
chasciuy والكهف الغار الواسع فى الجبل والرقيم اسم كليهما: وقيل هو لوح من
رصاص رقمت فيه اسماؤهم جُعل على باب الكهف وقيل الجبل وقيل الوادى الذى
فيه الكهف وقيل قبرتهم وقيل مكانهم
antrum uastum et amplum in monte. Alrakim ue-
ro est nomen canis eorum. Alij dicunt fuisse tabu-
lam, seu laminam plumbeam scriptam supra ostium
spelunce, in qua incisa erant nomina eorum. Alij dicunt
fuisse nomen ipsius montis: alij uallem, in qua si-
ta erat spelunca: alij locum ubi dormierunt; alij lo-
cum, ubi steterunt. Porro hic Jelal
وقد سُئل ص
Jam interrogatus fuerat Mahumetes de hi-
عن قصتهم

storia eorum a Judeis. Sedulo hæc curabant Judei

J. Cum confugerunt Puer] Vox Arabica الفتية pueri, sumitur hic iuxta Gelal pro الشباب الكامل iuuenes perfecti.

11. Et uersabamus eos ad dexteram et ad sinistram]. Hoc fiebat, ut ait Gelal, لئلا تاكل الارض لحومهم ne forte absumeret terra carnes eorum. Addit Gelal وكانوا اذا انقلبوا Cueniebat autem, ut cum ipsi ita uersarentur, uersarentur quoque canis eorum, qui sicut illi in dormiendo, et uigilando se gerebat.

19. In ciuitatem]. Putant non nulli Interpretes hanc ciuitatem, fuisse Tarsum

21. Cum disceptarent inter se homines]. Huiusmodi disceptatio erat inter fideles, et infideles, de construendo circa speluncam, in qua dormierant pegrem adolescentes edificio. Volebant enim infideles construi simplex edificium: fideles autem oratorium seu ecclesiam, in qua cultui illis adsideretur

23. Et dicunt alij fuisse septem]. Hanc uerum esse sententiam, asserit Gelal, ex auctoritate Ebn-Abbas

25. Et nunquam dicas de aliqua re]. Ne forsitan importune hunc uersiculum hic intrudi quis existimaret, affert Gelal hanc causam illius: وساله اهل الكتاب عن خبر اهل الكهف فقال اخبركم غدا ولم يقل ان شاء الله فنزل ولن تقولن لشئ انى فاعل. Interrogauerant Iudæi Mahumetem de historia habitatorum speluncæ. Ille uero respondit eis: Crastina die uobis enarrabo: neque addiderat: si Deus uoluerit. Progressa admonetur hic: Et nunquam dicas

dicas de aliqua re &c Omnia fejmdeus.

46. Morati sunt in spelunca] Jelal existimat hos annos trecentos fuisse solares: additos autem esse annos nouem ex computo annorum lunarium.

47. Fac audire in eo et fac audire] Bert, effice ut ille audeat et audiat. Arabice أَبْصِرْ بِهِ وَاسْمَعْ. Explicat Zelal: هي صيغة تعجب بمعنى ما ابصره وما اسمعه وطما على جهة المجاز والمراد انه تعالى لا يغيب عن بصره وسمعه شئ: Hec est formula admirationis significans: O quantum videt: o quantum audit. Et utraque locutio est metaphorica, seu ironica: et significat nihil abscondi ab oculis et auribus Dei. Co similiter modo, quo quis diceret alicui: Doce tu Deum: uel diuina Deum: ut ostenderet Deum non egere ut ab aliquo doceatur *

45. auxilium Dei erit uerum. Et duplex lectio ولاية لله الحق: auxilium Dei uerum. et ولاية لله الحق auxilium Dei ueri. Quidam pro ولاية auxilium, Togut ولاية Regnum

50. Et ponetur liber] Jelal كل امرئ في يمينه من المومنين وفي شماله من الكافرين: Cuilibet ex fidelibus ponetur liber in dextera eius: ac infidelibus autem in sinistra

51. Sed Cohij fuit ex Genijs] Jelal قيل هم نوع من الملايكة فالاستثنا متصل وقيل هو منقطع وابليس ابو الجن فله ذرية ذكرت معه والملايكة لا ذرية لهم: Quidam dicunt Genios esse speciem Angelorum: et particulam exceptricem, sed ex se coniunctam [i. idem significare ac frater, ut ens fuit, omnes adorauerunt eum frater diabolum, qui fuit ex Genijs]: alij uero, esse precisam [i. prescindendam sententie precedentis et subsequenti]. Est autem Cohij frater Genionum, et habet generationem ^ masculinam

milcam sibi: sed Angeli carent generatione.

66. Hoc est quod desiderabamus] Quia scilicet huiusmodi fuga piscis in mare, erat signum, eos mox inuenturos quę quærebant. Ita Gelal.

67. Et inuenerunt seruum] Hic seruus Dei, quem inuenerunt, fuit iuxta Gelal et alios Expositores الخضر Chedrus, quem fabulantur Moslemi, eundem fuisse ac Phinees filium Eleazari, filij Aaron; cuius anima permeans Ydolum in emigrauit primò in Eliam, deinde ex Elia in S. Georgium, quem prosequuntur Mahumetani omnes summo honore prosequuntur. Ita uerò totam hanc fabulam dilucidat Abocarius, cuius uerba ex Arabico fideliter translata hic sono: Cum Moyses staret, concionem haberet ad filios Israel, interrogatus fuit a quodam, quisnam ex hominibus maiorem haberet scientiam. Ille autem respondit: Ego. Deus uerò iratus, obiurgauit illum, eo quod non attribuisset ipsius Domino scientiam, dixitque ei per reuelationem: Est mihi seruus in loco, ubi duo maria coniunguntur, qui maiorem habet scientiam, quam habeas tu. Dixit Moyses: Quomodo poterò illum inuenire? Respondit ei Deus: Tolle secum piscem magnum, et pone eum in sporta: et ubi amiseris piscem, ibi est locus, quem dixi tibi. Accepit igitur Moyses piscem, posuit in sporta, et abijt: profectusque est cum illo puer eius Iosue filius Nun, et perrexerunt, donec uenerunt ad petram, ubi caput deposuerunt, ambo dormierunt. Piscis uerò se commouens e sporta

e porta desilijt in mare, et egit in eo naues fin-
dens longam cimam aquas. Et Deus constituit e-
quum e piscc, itaut staret supra illum in modu
fornicis, et undequaque ambiret, nec tamen continge-
ret eum. Cum autem euigilassent, obliti sunt altrd
commonere altrum de pisce: et prosequuti sunt
ited toto die illo, ac nocte sequenti, donec nouus illu-
cesceret dies. Tunc autem dixit Moyses puero suo. Af-
fed nobis grandium nostrum, et egtera, ut in Alcora-
no. Similia Albocario habet Zamclascensis, cum ali-
arum fabularum additamentis.

85. Et interrogabunt te Iudei de Bicorni]. Arabice
ذو القرنين Dhul-karnain, i. Bicorni, accipitur commu-
niter pro الاسكندر Alexandro, nempe Macedone. Ita
Gelal, Iallay, Zamclascensis et alij. Notat autem Gelal,
illum non fuisse Cyprsenum. Zamclascensis
hec de illo nugatur. Do tantùm uerba latina, ne pro-
lixior euadam. Bicorni est Alexander, qui regnauit
totum mundum uniuersum. Fertur autem, regnum mun-
di, habuisse duos reges fideles, nempe Bicornem, et
Salomonem: et duos infideles, scilicet Nemrod, et
Nabuchodonosor. Fuit autem pater Nemrod. Diffen-
tiunt uerò circa illum Authores. Quidam dicunt,
fuisse hominem sanctum, cui Deus dedit regna
terre, et scientiam, et sagientiam, et ueneration em:
et subiecit ei lucem, et tenebras; itaut cum incede-
ret nocte, præcederet ante eum lux diuina eum

= = er ideo tergo tenebre circumdarent eum. Alij dicunt illum fu-
= = isse Prophetam: alij unum ex Angelis. Et ex Homar fel-
= = mem. habet, ipsum audiuisse hominem quendam dicentem:
= = O Bicorny. Ipse uero ait: O Deus ignosce: An non
= = contenti fuistis nominari nominibus Prophetarum, ni-
= = si etiam nominaremini nominibus Angelorum? Et ex
= = Alu fel: mem: habet, subiectam illi fuisse nubem, et a-
= = pertas causas rerum, et expansam lucem. Interrogatus
= = autem de eo, respondit: Dilexit Deum, et Deus dilexit
= = illum. Et interrogauit eum Enoch-kamia: Quisnam
= = fuit Bicornis? Angelus ne, an Propheta? Et respon-
= = dit: Non fuit Angelus neque Propheta, sed fuit uir
= = sanctus, et percussum fuit illi cornu dextrum prop-
= = ter Deum, quamobrem mortuus est: sed Deus resusci-
= = tauit illum. Et percussum fuit illi cornu sinistrum,
= = et mortuus est: sed resuscitauit eum Deus: quare dic-
= = tus fuit Bicornis. Ex oraculo autem Prophetæ Mahu-
= = meti habetur, dictum fuisse Bicornem, quia circum-
= = iuit duo cornua mundi, nempe latus eius occidenta-
= = le, et orientale. Alij dicunt illum habuisse duo cor-
= = nua, idest duos ciros. Alij, incisum fuisse in cervice
= = ejus duo cornua in signum fortitudinis. At uero Ja-
= = bet uoluit ista appellatum fuisse, quia habuit duo re-
= = gna, Grecorum et Persarum: uel, ut alij malunt, Grec-
= = cum, et Bracum, seu Turcarum. Vel quia, ut Sabeus
= = ex eodem Auctore, duo tempora regitij ejus erant ac
= = ere. Alij uolunt eum gestasse duo cornua figuratiua

uel

existimant
uel super cadut. Licet etiam ita cognominatum fuisse a robore,
uel fortitudine. Hactenus Iamblicus. Quamuis autem
ex dictis apertissimè appareat, eundem esse apud Arabes Bi-
cornem, et Alexandrum Magnum: nihilominus Ismaelfi-
lius Abu in capite ذكر الاسكندر بن فليبوس De Alexandro
filio Philippi, negat, quod alij communiter affirmant;
asserens Bicornem, de quo loquitur Alcoranus, esse alium
quendam regem antiquum, qui uixit tempore Abra-
hæ: et ab aliquibus existimari fuisse افريدون بن اشفيان
Afridun filium Asfian sectum regem Persarum: ab
alijs uerò الصعب بن الرايش ملك اليمن Asgad filium Ar-
rais regem Semar, seu Arabiæ felicis. Sed neutri con-
ueniunt quæ habentur in Alcorano: et uelit, nolit Is-
mael, non possunt hæc conuenire nisi Alexandro Ma-
cedoni, iuxta expositionem communiorem uniuersaliter receptam Maiumetæ
nisi
Persarum. Quamuis uerò totum hoc, quod de Bicorne
refertur, sit meum figmentum

87. *Inuenitque eum occidere in fonte luti nigri*] Ignouit
hic Gelal captiuæ Prophetæ sui: quamobrem ita Alco-
rani uerba benignius expressit, وغروبها فى العين فى راى العين والا
فهى اعظم من الدنيا: Occidere uerò solem in fonte,
fuit ad speciem oculi: nam alioquin sol maior est toto
mundo.

91. *Orientem supra quosdam populos*] Qui nam fuerint
hi populi, docet Gelal his uerbis هم الزنج لم نجعل لهم من دونها
اى الشمس سترا من لباس ولا سقف لان ارضهم لا تحمل بناء ولهم سروب يختبون فيها
عند طلوع الشمس ويظهرون عند ارتفاعها: Hi sunt populi Zingarani

in Aethiopia, quibus non est solis tegumentum uestium, neque domorum, quia terra eorum non fert edificia. Habent autem specus subterraneas, in quibus absconduntur in ortu solis, et ex ipsis prodeunt in declinatione illius

g3. Inter duos montes] Arabice بين السدّين inter duo claustra, seu obices. Gelal وبعدهما جبلان مقطع بلاد الترك سدّ الاسكندر ما بينهما: et post illa sunt duo montes ad legandam regionem Hircum: horum saltus, seu intermedium occlusit Alexander. Aliud ipsorum ad Abylandet Caspen, quos montes columnas Herculis appellant

g4. Jagug et Magug]. Iuxta Gelal sunt nomina barbara duarum familiarum, seu tribuum, quas Iamasaccius oriundas facit ex Japhet natis a filijs Noë: et ait à nonnullis existimari Antropogaspas, i. manducatores hominum. Et ex auctoritate Ezechielis sui Mahumeti, subdit: لا يموت احد منهم حتى ينظر الى الف ذكر من صلبه كلهم قد حمل السلاح وقيلهم على صفتين طوال مفرطوا الطول وقصار مفرطوا القصر: Nullus ex eis moritur, donec uideat mille masculos egressos à lumbis suis, et omnes arma ferentes. Dicuntur autem esse in duplici genere staturæ: uel enim excedunt longitudinem ij, qui sunt longi: uel, si sint parui, habent extremam parvitatem. Videntur autem idem esse Jagug, et Magug in Hieremia, ac Gog, et Magog in sacris litteris apud Ezechielem, et in Apocalypsi S. Joannis.

Resu-

Refutationes.

1. Vel Mahumetus erat insanus, vel alios omnes insanire existimabat. Qua enim fiducia, vel quâ fronte nihil in Alcorano sua prauum aut distortum, sed omnia recta esse, posset affirmare? Iam supra vidimus, et infra, Deo volente, videbimus, quot in illo absurda, quot fabulosa, quot falsa et à veritate prorsus aliena deprehendantur.

2. Quòd, asserens Deum habere filium, mendaces esse, et absque vllo scientiæ fundamento hoc affirmasse pronunciet: mendacem se, ac penitus ignarum, quàm longè verè erat, ostendit. Videamus quæ supra circa hoc fusè disseruimus.

3. Historiam legem Dormientium, in quâ vulgi rumor aliquid forsan fabulosi antea admiscuerat: Alcoranus aliis fabulis deformat. In eâ verò de se Prophetam nimis ridiculum ostendit, dum inter tot sententias, quas refert circa eorum numerum, secedere ipse litem nescit. Erat verò operæ pretium, sanctissimorum iuuenum numero etiam canem admiscere. Sed Mahumetanis solemne est scripta non solùm sanctitate, verùm etiam Paradisum tribuere: veluti antea Balaam, Alborace Mahumeti, et cani huic Dormientium. Vide Prolegom. p. 1. cap. ult°.

4. Ea, quæ de Moyse, Iosue, et Alcheidro, seu Chineo, hîc referuntur, esse quoque fabulosa, et per mendacium conficta, ex eo conuincitur, quòd cum Moyses in deserto 40 quadraginta annos semper fugulo A

ut potè summus rerum omnium moderator: nullo modo
fieri potuit, ut iter tam longum cum solo Iosue ar-
ripueris, non modo ut pertingeret ad coniunctionem duo-
rum illorum remotissimorum marium, ad quam peruenit:
sed etiam ut vltrius progrederetur & spatium octoginta,
vel plurium annorum: hoc enim significat § 61. uoce Ara-
bica חֻקְבָּא, iuxta Mahumetanorum ipsorum interpre-
tationem. Et sanè si spectemus tempus illud totum,
quod Moyses cum Iosue et Alchedro iugando absumpsit,
non potuit non aliquot menses, et forsasse annos
complecti. Quis autem sane mentis sibi persuadeat tan-
diu Moysen à suis discipulis abfuisse? Quòd si
ponamus Alchedrum fuisse Phinees filium Eleazari fi-
lij Aaron, quemadmodum Mahumetani affirmant, qui
Alchedrum hunc nobis ignotum in scenam protulerunt:
certo certius est, Phinees eo tempore puer fuisse fuerum, et
forsasse nondum natus erat: nam introducitur nullus cap.
10. Iudic. num. 15: quomodo ergo potuit eum Moyses in
coniunctione duorum marium iam grandem natu sepeli-
re, atque illi se discipulum offerre? Et tibi quod
sacra continent Alcoranij, et quam ab omni historia
ne remotè.

§. Iugeret ut de Bicorni quod attingamus. Si ponamus hunc
fuisse Alexandrum Macedonem, quemadmodum Mahumeta-
norum plurimi affirmant: omnes sciunt hunc idololatriæ,
ac plurimis vitijs imbutum fuisse, neque Deum verum
unquam coluisse, imo neque omnino cognouisse. Si vero
alius

alius quispiam fuit præter Macedonem, necesse est osten-
dere quisnam, et quando fuerit Deus hic adeo fidelis, ac
sanctus, qui uniuersum terrarum orbem ab ortu Solis usq;
ad occasum imperio suo peruagauerit. Impossibile enim est
de huiusmodi rege nullam ab antiquis Chronologis sacris
fuisse mentionem. Imò neque fieri ullo modo potuit, ut
sic uel ante Abraham, uel ante Moysen, uel etiam ante
Dauid, uel Salomonem euenerit. Si uerò post Salo-
monem fuisset, nulla modo illius memoria in solo Al-
corano reperiretur. Quæres mortales omnes eorum qui-
nam post Salomonem, terrarum orbis monarchiam obti-
nuerint; inuenies hoc uerò nullum fuit, cui ea, quæ in Al-
corano fingunt, conuenirent. Verùm totum id, quod de
hoc Bicorni refertur, fabulam esse, ex eo patet, quod sic
ad locum ubi Sol occumbit, peruenerit, eumque in fonte
seu palude cœni nigri occumbere peregerit: itemque
quòd ad locum, unde idem Sol oritur deuenerit: cum
omnes uel pueri sciant Solem terrarum orbem in im-
mensa propè distantia circumgirando, nullum proprium
unde ortus, uel occasus sui locum habere, sed ubique ori-
ri, et ubique occidere. Benè est Geladdinum tam
cæcum Propheta sui errorem agnouisse: sed minis in-
felicitet illum ab eo defendere conatus est, dum scribi
curauit, id quod de eius Alcorano sacrum narrat, esse
pronunciauit; Nihil dico de fauere illo aut ere, semper
constructo, quo Bicornij aditum genitibus Gog et Magog
præclusit, ne ad finitimos populos deuastando transilirent

neque e. finibus sui usque ad supremum Judicij diem pro-
lent exire. Risum merentur hæc, non confutationem.
Imprimat: contra Urbem
Fr. Thomas Maria Ferrari Ord. Præd. S. P. Ap.